Guni
Jeser
Sallem [*Sellem*]

1 *Par* 7 13 Filii Nephthali :
Jasiel
Guni
Jeser
Sellum } filii Bala

Tob 1 1 [7 3, 4] Ex tribu et civitate Nephthali — **Tobias** **Gabelus** — 7 4 *vocat* — **Tobias** « Tobiam „ fratrem „ meum »

XIV FILII DAN

N — *Gen* 46 23 [*Num* 26 42] Filii Dan : **Husim** [*Suham*]

Exod 31 6, 35 34 [38 23] de tribu Dan **Achisamech** filium **Ooliab** *qui fuit socius Beseleel*

Levit 24 11 de tribu Dan **Dabri** filia **Salumith** mater *blasphemi*

Judic 13 2, 24 de stirpe Dan **Manue** *cujus* pe- | *uxor* perit **Samson**

2 *Par* 2 13, 14 **Hiram**.. filium mulieris de filiabus Dan cujus pater fuit Tyrius, *artificem in templo Salomonis*

V FILII BENJAMIN

A G 46 21 Filii Benjamin: Bela, Bechor, Asbel, Gera, Naaman, Echi, Ros, Mophim, Ophim, Ared

Num 26 38-40 Filii Benjamin: Bela, Asbel, Ahiram, Supham, Hupham; Filii (Bela): Hered, Noeman

1 Par 7 6-12 Filii Benjamin: 6 Bela et Bechor et Jadihel 3; 7 Filii (Bela): Esbon, Ozi, Oziel, Jerimoth, Urai, 5; 8 Filii (Bechor): Zamira, Joas, Eliezer, Elicenai, Amri, Jerimoth, Abia, Anathoth, Almath; 10 Filii (Jadihel): Balan; Filii (Balan): Jehus, Benjamin, Aod, Chanana, Zethan, Tharsis, Ahisahar. 12 Sepham quoque, et Hapham filii Hir, et Hasim filii Aher

B 1 Par 8 1-28 Benjamin.. genuit 1 Bale primog, Asbel 2us, Ahara 3us, 2 Nohaa 4us, Rapha 5us. 3 Filii (Bale): Addar, et Gera, et Abiud, 4 Abisue, et Naaman, et Ahoe, 5 Sed et Gera, et Sephuphan, et Huram. 6 Hi sunt filii ... Ahod (seu?) principes cognationum habitantium in Gabaa, qui translati sunt in Manahath. 7 Naaman autem, et Achia, et Gera ipse transtulit eos et ge- | nuit Oza et Ahiud.

C Judic 3 15 Jemini, filii Gera, filium Aod [2 R 16 5]; 2 R 19 16 [3 R 2 8] Jemini, filii Gera, filius Semei

2 R 4 2 De filiis Benjamin Remmon Berothitæ [4 5] filii Baana et Rechab

Rom 11 1, Phili 3 5 de tribu Benjamin Paulus Apostolus

2 R 20 1 seq Bochri, filius Seba vir Jemineus

D 8 Porro Saharaim genuit in regione Moab, postquam dimisit Husim et Bara uxores suas

9 Genuit autem de Hodes uxore sua 9 Jobab, Sebia, Mosa, Molchom, 10 Jehus, Sechia, Marma. 10 Hi sunt filii ejus principes in familiis suis.

11 Mehusim vero seu? de Husim genuit Abitob et Elphaal. 12 Porro filii | Elphaal

E 12 Heber, Misaam, Samad: hic ædificavit Ono et Lod et filias ejus. 13 Baria autem .... et Sama (seu?) Semei principes cognationum habitantium in Aialon

17 Zabadia, Mosollam, Hezeci, Heber, 18 Jesamari, Jezlia, Jobab — filii Elphaal

F 14 Ahio, et Sesac et Jerimoth 15 Zabadia, Arod, Heder, 16 Michael, Jespha, Joha — filii Baria

19 Jacim, Zechri, Zabdi, 20 Elicenai, Selethai, Eliel, 21 Adaia, Baraia, Samarath — filii Semei

G 22 Jespham, Heber, Eliel, 23 Abdon, Zechri, Hanan, 24 Hanania, Ælam, Anathothia, 25 Jephdaia, Phanuel — filii Sesac

(seu) Jeroham: 26 Samsari, Sohoria, Otholia, 27 Jersia, Elia, Zechri filii Jeroham

28 Hi patriarchæ et cognationum principes qui habitaverunt in Jerusalem.

I GENEALOGIA ET GENERATIONES SAUL

ex 1 Reg 9 1, 2 et 1 Par 8 29-40, 9 35-44

1 Reg 9 1 de Benjamin [Act 13 21] viri Jemini

1 Reg 9 1,2 filii: Aphia, Bechorath, Seror, filii Abiel, filius

1 R 14 50 [51] Ner patruelis Saul; filius Abner; 1 Par 27 21 filius Jasiel

[1 R 14 51] Cis, filius [Act 13 21] Saul

H GENEALOGIA MARDOCHÆI ET ESTHER

Esth 11 2 de tribu Benjamin [2 5 de stirpe Jemini]

Cis | Semei | Jairi [25 Jair] | 2 7 Mardochæus 2 15.. Abihail fratris Mardochæi nutritius filiæ fratris sui | Edissæ quæ altero nomine vocabatur Esther

J 1 Par 8 29-31 seu? Abigabaon ... [1 Par 9 35-37] seu pater Gabaon Jehiel, et nomen uxoris ejus Maacha

Filius ej primog Abdon, Sur, Cis, Baal, [et Ner], Nadab, Gedor, Ahio, Zacher [Zacharias], Macelloth 8 32 [9 38] ge- nuit Samaa [Samaan]

8 33-40 ge- nuit [9 39-44] Cis | Saul

K Jonathan [1 R 14 49, 31 2], Melchisua [1 R 14 49, 31 2], Abinadab [1 R 31 2], seu 1 R 14 49 Jessui, Esbaal seu 2 R 2 8 seq Isboseth filium Saul

1 Reg 14 49 nomina filiarum ejus: nomen primogenitæ Merob, minoris Michol

filius (Jonathan): Meribbaal seu 2 R 4 4 Miphiboseth ge- | nuit Micha; 2 R 9 12 habebat.. | filium Micha

filii (Micha): Phithon, Melech, Tharaa, Ahaz

Ahaz ge- | nuit Joada [Jara] | Alamath, Azmoth, Zamri | Mosa | Banaa, filius Rapha [Raphaia] de quo ortus est | [genuit] Elasa genuit | [de quo ortus est]

L Asel: Asel 6 filii fuerunt [Asel 6 filios habuit] Ezricam, Bocru, Ismael [Ismahel], Saria, Obdia, Hanan. Omnes hi filii Asel

1 Par 8 39, 40 [omissa in c 9] Filii Esec fratris Asel: Ulam primog., Jehus 2us, Eliphalet 3us. Fuerunt filii Ulam.. multos habentes filios ac nepotes usque ad 150

8 40 Omnes hi filii Benjamin

XVI FILII ZABULON

M Gen 46 14 Filii Zabulon: Sared, Elon, Jahelel

Num 26 26 Filii Zabulon: Sared, Elon, Jalel

Judic 12 11 Zabulonites Ahialon judicavit Israel

XVII

FILII LEVI

LEVI

G 46 11 [*Exod* 6 16] *Num* 3 17 [26 57] Filii | 1 *Par* 6 1, 16 [23 6]

Gerson seu [1 *P* 6 20, 43, 62, 71, 2 *P* 29 12] **Gersom** — **Caath** [*vide tabulam sequentem*] — **et Merari**

A

Exod 6 17 [*Num* 3 18] Filii Gerson: **Lobni** [*Lebni*], **Semei**

1 *Par* 6 17, 20-21, 39-43: 17 nomina filiorum Gerson: **Lobni**, **Semei**

20 Gersom — **Lobni** filius ejus, **Jahath** „ „, **Zamma** „ „, 21 **Joah** „ „, **Addo** „ „, **Zara** „ „, **Jethrai** „ „

Levi — 43 Gersom — **Jeth** — **Semei** — 42 **Zamma** — **Ethan** — **Adaia** — 41 **Zara** — **Athanai** — **Melchiæ** — 40 **Basaiæ** — **Michael** — **Samaa** — filii — 39 **Barachiæ** — filius [1 *P* 15 17] — **Asaph** (1)

B

7 — 1 *Par* 23 7-11, Filii Gerson:

8 **Leedan**, Filii: princeps **Jahiel**, et **Zethan**, et **Johel** — 3

et **Semei** 10, 11: Filii: **Leheth** prior, **Ziza** 2us, **Jaus**, **Baria**. Isti filii Semei 4

9 **Semei** — Filii: **Salomith**, et **Hosiel**, et **Aran** — 3. Isti principes familiarum Leedan.

1 *Par* 26 21, 22: 21 Filii **Ledan** filii Gersonni: de Ledan — principes familiarum, **Ledan**, et **Gersonni**, **Jehieli**. 22 Filii — **Zathan** et **Joel** fratres ejus super thesauros domus Dni.

2 *Par* 29 12 de filiis Gersom, **Zemma** — filius — **Joah**; **Joah** — filius — **Eden**; *qui Ezechia regnante* surrexerunt.. 15 ut expiarent domum Dei.

C

Exod 6 19 *Num* 3 20, 1 *Par* 6 19, 23 21, 24 26 Filii Merari: **Moholi**, et **Musi**

1 *P* 6 29, 30 Filii Merari: Moholi, **Lobni** filius ejus, **Semei** „ „, **Oza** „ „, **Sammaa** „ „, **Haggia** „ „, **Asaia** „ „

1 *P* 23 21, 22, 24 29 Filii Moholi: 23 21, 22 **Eleazar** non habuit filios, sed filias. 24 29 **Cis** — filius — **Jerameel**

1 *P* 6 44-47: Levi — **Merari** — 47 **Musi** — **Moholi** — **Somer** — 46 **Boni** — **Amasai** — **Helciæ** — 45 **Amasiæ** — **Hasabiæ** — **Maloch** — **Abdi** — filii — 44 **Cusi** [1 *P* 15 17 *Casaiæ*] — filius — **Ethan** *seu* **Idithun**

1 *P* 23 23 [24 30] Filii Musi: **Moholi**, **Eder**, **Jerimoth** — 3

D

Exod 6 20 *Num* 26 59 **Jochabed**

1 *Par* 24 27 Filius quoque Merari: **Oziau** — 26 — 24 Filius — **Benno**; **Soam**, **Zachur**, **Hebri**

E

De filiis Merari

1 *P* 9 14 — 2 *Esd* 11 15: **Hasebia** — filii — **Ezricam** — filii — **Hassub** — filius — **Semeia**; **Boni** — filius — **Hasabia** — filius — **Azaricam** — filius — **Hasub** — filius — **Semeia**; *post captivitatem habitaverunt in Jerusalem.*

1 *Par* 26 10, 11: De **Hosa** — **Semri** princeps, **Helcias** 2us, **Tabelias** 3us, **Zacharias** 4us *Janitores templi regnante David.*

2 *Par* 34 12: **Jahath**, **Abdias** *regnante Josia in templi restaurationem præpositi.*

2 *Par* 29 12: **Abdi** — filius — **Cis**; **Jalaleel** — filius — **Azarias** *qui regnante Ezechia* surrexerunt.. 15 ut expiarent domum Dei.

F

1 *Par* 25 2 de filiis Asaph: **Zacchur**, **Joseph**, **Nathania**, **Asarela** [25 14 *Isreela*] Filii Asaph *cantores* sub manu Asaph.

2 *Par* 20 14 de filiis Asaph: **Mathaniæ** — **Jehiel** — **Banaiæ** — filii — **Zachariæ** — filius — **Jahaziel** Levites.. super quem factus est Spiritus Domini, *ut promitteret Josaphat victoriam super Moab et Ammon.*

2 *Par* 29 13 de filiis Asaph: **Zacharias** et **Mathanias** *qui Ezechia regnante* 12 surrexerunt.. 15 ut expiarent domum Dei.

1 *Par* 9 15: Asaph — **Zechri** — filii — **Micha** — filius — **Mathania**

2 *Esd* 11 17: Asaph — **Zebedei** — filius — **Micha** — filius — **Mathania**

de levitis qui post captivitatem habitaverunt in Jerusalem.

2 *Esd* 12 34: Asaph — **Zechur** — **Michaiæ** — **Mathaniæ** — **Semeiæ** — filius — **Jonathan** — filius — de filiis sacerdotum in tubis **Zacharias** *cantor in dedicatione murorum Jerusalem.*

(1) *Nota.* 1 *Par* 26 1 *Janitor Meselemia dicitur* filius Core de filiis Asaph: *Verum cum dicatur etiam esse* de Coritis, *Coritarum autem cognationes sint de Core filio Isaar filii Caath* [*Exod* 6 24], *ideo plures non immerito illum locum sic interpretantur: filius Core de Abiasaph. Hac de causa Meselemiam ejusque filios non in hac tabula, sed in sequenti retulimus.* [*Cf. D. Calmet*].

G

1 *Par* 25 3 Idithun: Filii Idithun: **Godolias**, **Sori** [25 11 *Isari*], **Jeseias** [25 15 *Jesaias*], **Hasabias**, **Mathathias** — 6 *cantores* sub manu patris sui Idithun.

1 *Par* 16 38 Idithun — filium — **Obededom** constituit *rex David janitorem.*

1 *Par* 9 16 Idithun — filii — **Galal** — filii — **Semeias** — filius — **Obdia**

2 *Esd* 11 17 Idithun — filius — **Galal** — filius — **Samua** — filius — **Abda**

de levitis qui post captivitatem habitaverunt in Jerusalem.

2 *Par* 29 14 Idithun — de filiis — **Semeias**, **Oziel** *qui regnante Ezechia* 12 surrexerunt.. 15 ut expiarent domum Dei.

VIII FILII CAATH [*Vide tabulam* XVII]

CAATH

Exod 6 18 [*Num* 3 19] Filii | 1 *Par* 6 2, 18, 23 12

A

Amram [*Num* 26 58] — *Exod* 6 20 *Num* 26 59 | 1 *Par* 6 3, 23 13

...ron [*vide tab seq*] — **Moyses** — *Num* 26 59, 1 *P* 6 3 **Maria**

Exod 2 22 [18 3, 4] Sephora peperit ei — 1 *Par* 23 15-17, 24 20-21, 26 24-25; 23 15 Filii Moysi :

...rsam.. **Eliezer** — **Gersom** et **Eliezer**

Jdc 18 30 ...nathan ...um Gersam filii Moysi.

Gersom: 23 Filii 16 **Subuel** 1us seu 26 24 **Subael** filius Gersom | filii Moysi. 24 de filiis 20 **Jehedeia**

Eliezer: 23 filii 17 **Rohobia** 1us; 24 21 Rohobiæ de filiis princeps **Jesias**

26 filius 25 seu **Rahabia** hujus filius **Isaias** | » » **Joram** | » » **Zechri** | » » **Selemith**

B

Isaar [*Jesaar*]

Hebron — 1 *Par* Filii 23 19: **Jeriau** 1us, **Amarias** 2us, **Jahaziel** 3us, **Jecmaam** 4us

Oziel [1 *P* 23 12 .. 4]

Exod 6 22 Filii Oziel : **Misael** **Elisaphan** **Sethri** [*Levit* 10 4] — 2 *Par* 29 13: **Samri** **Jahiel** *qui regnante Ezechia* 12 surrexerunt.. 15 ut expiarent domum Dei.

1 *Par* 23 20 [24 24, 25] Filii Oziel : **Micha** 1us — 24 filius 24 **Samir**; **Jesia** 2us Jesiæ 24 filius 25 **Zacharias**

De filiis Caath,

2 *Par* 29 12: **Amasai** filius **Mahath**; **Azariæ** filius **Joel** *qui regnante Ezechia* surrexerunt 15 ut expiarent domum Dei.

2 *Par* 34 12: **Zacharias** **Mosollam** præpositi operantium *templi instaurationem sub rege Josia.*

C

Exod 6 21 Isaar Filii

Core [*Num* 16 1] **Nepheg** **Zechri**

Core: *Exod* Filii 6 24: ...ser **Elcana** **Abiasaph** [1 *Par* 9 19]

...æ sunt cognationes Coritarum

1 *Par* filii 9 19 **Core** filius

(Hi sunt Coritæ.. custodes vestibulorum tabernaculi) ...**ellum**.. cum fratrib.. 1 *Par* 9 31 ...**athathias** Levites primog. Sellum Co...tæ; præfectus.. eorum quæ in sarta...ne frigebantur.

1 *Par* 26 1-3 de Coritis, **Meselemia** filius Core de filiis Asaph [*Cf* XVII Nota] Meselemiæ Filii

...**acharias** primog [1 *P* 9 21 *Zacharias filius Mosollamia janitor portæ tabernaculi* 1 *P* 26 14 *septentrionalis*]

...**adihel** 2us — **Ælam** 5us

...**abadias** 3us — **Johanan** 6us

...**athanael** 4us — **Eliœnai** 7us

D

1 *Par* 6 22-28 — 22 Filii Caath

Aminadab filius ejus; **Core** » »; **Asir** » »; 23 **Elcana** » »; **Abiasaph** » »; **Asir** » »; 24 **Thahath** » »; **Uriel** » »; **Ozias** » »; **Saul** » »

25 Filii **Elcana** : **Amasai** et **Achimoth**

E

26 et **Elcana** : Filii Elcana : **Sophai** filius ejus; **Nahath** » »; 27 **Eliab** » »; **Jeroham** » »; **Elcana** » »

28 Filii **Samuel** — primog **Vasseni** et **Abia**

1 *Par* 6 33-38: 38 (**Israel** | **Levi** | **Caath** | **Isaar**) 37 (**Core** | **Abiasaph** | **Asir** | **Thahath**) 36 (**Sophoniæ** | **Azariæ** | **Johel** | **Elcana**) 35 (**Amasai** | **Mahath** | **Elcana** | **Suph**) 34 (**Thohu** | **Eliel** | **Jeroham** | **Elcana**) 33 (**Samuel** filii **Johel** filius **Heman**) cantor.. | de filiis Caath.

F

1 *Par* 23 18 Isaar Filii **Salomith** 1us

1 *Par* 24 22, 23 Isaari filius **Salomoth** filius **Jahath** filius | ejus: **Jeriau** 1us, **Amarias** 2us, **Jahaziel** 3us, **Jecmaan** 4us

1 *Reg* 1 1 **Suph** | **Thohu** | **Eliu** filii **Jeroham** filius **Elcana**.. Ephrathæus 1 *Reg* 1 20 Anna peperit | filium.. **Samuel** 1 *Reg* 8 2 nomen filii ej primog **Joel** : et nomen 2i **Abia**

G

1 *Par* 25 4, 5 Heman Filii Heman :

Bocciau	**Jerimoth**	**Geddelthi**	**Mellothi**
Mathaniau [25 16 *Mathanias*]	**Hananias**	**Romemthiezer**	**Othir**
Oziel	**Hanani**	**Jesbacassa**	**Mahazioth**
Subuel [25 20 *Subael*]	**Eliatha**		

Omnes isti filii Heman Videntis regis in sermonibus Dei, ut exaltaret cornu : deditque Deus Heman filios 14 et filias 3.

H

2 *Par* 29 14 de filiis Heman, **Jahiel** et **Semei** *qui regnante Ezechia* 12 surrexerunt.. 15 ut expiarent domum Dei.

XIX FILII AARON [*Vide tabulam* XVIII]

AARON

Exod 6 23, 28 1 *Num* 3 2 | 26 60, 1 *Par* 6 3, 24 1

A **Nadab** **Abiu** **Eleazar** *Deut* 10 6. *Pro Aaron* sacerdotio functus est Eleazar filius ejus. **Ithamar**

1 *Par* 6 4-14

4 Eleazar genuit **Phinees** — *Num* 25 13 Erit tam ipsi quam semini ejus pactum sacerdotii sempiternum. [*Eccli* 45 30, 1 *Mac* 2 54] *Judic* 20 28 **Phinees** filius Eleazari filii Aaron, præpositus domus *Dei*.

Abisue

5 **Bocci**

B **Ozi** — *Huic Ozi successisse in pontificatu* **Heli** *ex familia Ithamar refert Joseph* [*Antiq V c* 12]

6 **Zaraiam** Zaraias

Meraioth

7 **Amariam** Amarias

Achitob

8 **Sadoc** — 3 *R* 2 27 Ejecit.. Salomon Abiathar *de familia Heli et Ithamar* ut non esset sacerdos Dni. 3 *R* 2 35 rex.. **Sadoc** sacerdotem posuit pro Abiathar.

Achimaas — 3 *R* 4 2 **Azarias** filius Sadoc sacerdotis.

9 **Azariam** Azarias — *plures esse interponendos conveniunt plerique interpretum* [*Cfr D Calmet*] *inter quos* **Amarias** sacerdos et pontifex [2 *P* 19 11] *Josaphat regnante*

Johanan — *seu?* **Joiada** pontifex [2 *P* 23 14] *Ochozia et Joas regnantibus*.

10 **Azariam** 11 Azarias — *seu?* **Zachariam** filium Joiadæ sacerdotem [2 *P* 24 20] *qui filius Joiadæ vocatur apud LXX Azarias* . . . . .

Amariam: Amarias — *ille forte est* **Azarias** sacerdos [2 *P* 26 17] *qui restitit regi Oziæ incensum adolere volenti* . . . .

D **Achitob** — *pluribus videntur interponendi inter alios*: **Urias** sacerdos [4 *R* 16 11] *regnante Achaz*. **Azarias** sacerdos 1us de stirpe Sadoc [2 *P* 31 10] *regnante Ezechia; infra* [31 13] *dicitur pontifex domus Dei*. . . . .

12 **Sadoc** — *seu?* **Eliachim** sacerdos *seu* **Joacim** summus pontifex [*Judit* 4 5, 15 9]

Sellum — *seu?* **Salom** *patrem Helciæ sequentis apud Baruch* 1 7.

13 **Helciam** Helcias — 4 *R* 22 4, 2 *P* 34 9 **Helciam** sacerdotem magnum *regnante Josia*.

Azariam 14 Azarias — *seu?* **Joakim** filium Helciæ sacerdotem.. in Jerusalem [*Bar* 1 7] anno quinto *regis Sedeciæ* [*Bar* 1 2]

Saraiam Saraias — *quem* **Saraiam** sacerdotem 1um *interfecit rex Babylonis* [4 *R* 25 18-21]

Josedec: — Porro **Josedec** egressus est quando transtulit Dominus Judam et Jerusalem per manus Nabuchodonosor.

1 *Esd* 3 2, 8 filius | 5 2 [10 18]

Josue. . . *seu Agg* 1 12 [*Zach* 3 1] **Jesus** sacerdos magnus [*Eccli* 49 14]

2 *Esd* 12 10, 11 genuit

Joacim — 1 *Esd* 8 33 **Jozabed** filius Josue.

Eliasib

F 11 **Joiada** — 1 *Esd* 10 6 **Johanan** *filius* Eliasib. 2 *Esd* 12 23 **Jonathan** » »

Jonathan

Jeddoa

Oniæ

Eccli filius | 50 1

Simon.. sacerdos magnus.

1 *Par* 6 50-53 — 50 Filii Aaron: **Eleazar** filius ejus, **Phinees** » », **Abisue** » », 51 **Bocci** » », **Ozi** » », **Zarahia** » », 52 **Meraioth** » », **Amarias** » », **Achitob** » », 53 **Sadoc** » », **Achimaas** » ».

1 *Esd* 7 1-5 — Aaron, 5 Eleazar, **Phinees**, **Abisue**, **Bocci**, 4 **Ozi**, **Zarahiæ**, 3 **Maraioth**, filii, 3 **Azariæ**, 3 **Amariæ**, 2 **Achitob** filii **Sadoc**, **Sellum**, **Helciæ**, 1 **Azariæ** filii **Saraiæ** filius **Esdras**

2 *Esd* 12 13 **Mosollam**

C 1 *Reg* 2 11 **Heli** sacerdotis *post Ozi?* 1 *R* 1 3 filii | 4 11, 17

Ophni et **Phinees** 1 *R* 1 3 sacerdotes Dni

1 *R* 14 3 filii

Achitob fratris **Ichabod**

filius | 1 *R* 21 2, 22 9 *seq* — *Marc* 2 26

Achias *seu* **Achimelech** *seu* **Abiathar**

sacerdos | fil Achitob — filius

1 *R* 22 20 filius 23 6 — [30 7]

2 *R* 15 35, 20 25, 3 *R* 4 4, 1 *P* 15 11 — **Abiathar** *seu* **Achimelech** *seu* **Ahimelech** — 2 *R* 8 17 1 *P* 18 16 [24 3, 6

sacerdos cum Sadoc — *sacerdos cum Sadoc*

2 *Reg* 15 27, 36; 3 *Reg* filius 1 42 — 1 *P* 24 3 de filiis Ithamar

Jonathas

DE SACERDOTIBUS

post captivitatem habitaverunt in Jerusalem

E 1 *Par* 9 10, 11 — **Achitob**, **Maraioth**, **Sadoc**, 11 **Mosollam** filii, **Helciæ** filius, **Azarias** *filii* . . . **Jachin** *filii*, 10 **Joiarib** *filii*, **Jedaia**

2 *Esd* 11 10, 11 — **Achitob**, **Meraioth** *seu?* **Urias**, **Sadoc**, **Mosollam**, 11 filius, **Helciæ**, filius, **Saraia** *filius* (1), **Jachin** *filius*, 10 **Joiarib** filius, **Idaia**

1 *Mac* 2 1-5 ex filiis Joiarib ab Jerusalem. [2 54 *Phinees* | *pater noster*]

G **Simeonis** filii **Joannis** filius

Mathathias.. sacerdos habebat | filios 5

Joannem, qui cognominabatur **Gaddis**:
Simonem » » **Thasi**:
Judam » vocabatur **Machabæus**
Eleazarum » cognominabatur **Abaron**:
Jonathan » » **Apphus**.

H

2 *Mac* 3 1 **Oniæ** pontificis . . . . . 4 7 frater **Jason** summum sacerdotium 4 8, 9 *ab Antiocho emit argenti talentis* **360 + 80 + 150**.
4 24 summum sacerdotium in se.. retorsit **Menelaus** superponens Jasoni talenta argenti **300**; *quæ* 4 27 *cum non solveret*,
29 Menelaus amotus est a sacerdotio.. **Lysimacho** fratre suo succedente, *quem* 4 42 *turbæ* interfecerunt.
1 *Mac* 7 9 *Demetrius*. . . . . **Alcimum** impium constituit in sacerdotium, *qui* 7 14 *erat* de semine Aaron.
9 56 *quo mortuo, Alexander*. . . . 10 20 **Jonathan** summum sacerdotem *constituit*.
13 23 *quo occiso cum filiis* . . . . 14 38 **Simoni** *ejus fratri* rex Demetrius statuit.. summum sacerdotium. 14 41 Judæi et sacerdotes eorum conse- serunt eum esse ducem suum et summum sacerdotem in æternum, donec surgat propheta fidelis.
16 16 *quo occiso cum* **2** *filiis* . . . . 16 24 **Joannes** *filius ejus* factus est princeps sacerdotum post patrem suum (2).

(1) *Cum sive Azarias* [1 *P* 9 11] *sive Saraia* [2 *Esd* 11 11], *ut ex ipsa eorum genealogia videtur manifestum, iidem sint qui* 1 *P* 6 13, 14 *referuntur, ac proin ante captivitatem obierint, idcirco consent plures v.* 10 *legendum esse uti in tabula scripsimus, amanuensis errore correcto, ita ut re ipsa non enumerentur ve vel 3 sacerdotes, qui a captivitate reduces, Jerosolymis habitaverint, sed unus tantum Jedaia seu Idaia significetur, cujus nomini adnectatur ejus genealogia dissert. Vence t. V).*

(2) *Legatur apud Joseph* [*Antiq*] *quomodo posteri Joannis summum sacerdotium servaverint, donec Herodes, et post eum Romani præfecti, illud quibuslibet libitu conferrent, modo de semine Aaron essent. Ita facti sunt pontifices* **Annas** [*Luc* 3 2 *Act* 4 6] **Caiphas** [*Matt* 26 3, 57 *Luc* 3 2 *Joan* 11 49, 18 13, *Act* 4 6] *et* **Ananias** [*Act* 23 2, 4, 5, 24 1] *qui soli ex Pontificibus Aaronicis in N. T. nomine suo memorantur.*

FILII JUDA

JUDA

Gen 46 12 [*Num* 26 19-20] Filii | 1 *Par* 2 3-4

A **Her** † **Onan** † **Sela** **Phares** **Zara** [*Zare*] 1 *P* 2 4 filii Juda 5 1 *Par* 4 1 Filii Juda :

2 3 Hi 3 nati sunt ei de filia Sue Chananitide

1 *Par* Filii | 4 21-23

1 *Par* Filii | 2 6-8

Phares **Hesron** **Charmi** **Hur** **Sobal**

Her **Laada** et cognationes.. **operantium byssum** in domo juramenti,
pa-|ter pa-|ter et qui **stare fecit solem**,
cha, **Maresa**, **Virique mendacii**,
22 et **Securus**,
et **Incendens**,
qui principes fuerunt in Moab, et.. reversi s in Lahem
Hi sunt figuli habitantes in Plantationibus, et in Sepibus, apud regem in operibus ejus, commoratique sunt ibi.

B

Zamri [*Zabdi* *Jos* 7 18] **Ethan** **Eman** **Chalchal** **Dara** : simul 5
Charmi [*fil Zabdi* „ „] Filii | **Azarias**
Filii |
Achar [*Achan* „ „]
qui.. peccavit in furto anathematis.

2 *Esd* 11 24
De filiis Zara filii Juda
Mesezebel
filius |
Phathathia
in manu regis..

Gen 46 12 *Num* Filii | 26 21, 1 *Par* 2 5

Hesron **Hamul**

C 1 *Par* 2 9
Filii autem Hesron qui nati sunt ei

Jerameel **Ram** [*v. tab XXII*] **Calubi** [*v tab XXI Caleb*]

Par 2 | 25-41

Nati sunt.. filii Jerameel primogeniti Hesron 26 Duxit.. uxorem.. Jerameel nomine Atara quæ fuit mater **Onam**

am primog ejus, **Buna** **Aram** **Asom** **Achia**

filii Ram | primogeniti Jerameel 28 habuit | filios

Moos **Jamin** **Achar** **Semei** **Jada**

28 Filii | 32 Filii |

Nadab **Abisur** **Jether** † **Jonathan**

30 Filii | 29 nomen.. uxoris Abisur Abihail quæ peperit ei 33 ge-|nuit

Saled † **Apphaim** **Ahobban** **Molid** **Phaleth** **Ziza**
Isti.. filii Jerameel

31 Filius |

D

Jesi
ge-|nuit
Sesan 34 Sesan.. non habuit filios, sed filias :
et servum Ægyptium nomine Jeraa,
Oholai 35 Deditque ei filiam suam uxorem :
quæ peperit ei
Ethei
36 ge-|nuit
Nathan
|
Zabad
|
37 **Ophlal**
|
Obed
|
38 **Jehu**
|
Azariam
39 Azarias
|
Helles
|
Elasa
|
40 **Sisamoi**
|
Sellum
|
41 **Icamiam**
Icamia
|
Elisama

E 1 *Par* 2 21-23
21 Ingressus est Hesron ad filiam Machir patris Galaad, et accepit eam cum esset annorum **60**, quæ peperit ei
Segub
22 ge-|nuit
Jair [*Num* 32 41 *filius Manasse*]
et possedit **23** civitates in terra Galaad.
23 Cepitque Gessur et Aram oppida Jair, et Canath, et viculos ej **60** civitatum.
Omnes isti filii Machir patris Galaad.

F 1 *Par* 2 24
Habuit quoque Hesron uxorem Abia
quæ peperit ei
Ashur
pa-|trem
Thecuæ
1 *Par* 4 5 *seq*
Assur.. patri Thecuæ erant **2** uxores, Halaa et Naara.

6 Naara peperit ei
Oozam **Hepher** **Themani** **Ahasthari**
Isti sunt filii Naara

7 Filii Halaa :
Sereth **Isaar** **Ethnan**
et Cos? (1)
seu?

G 8 **Cos** autem
ge-|nuit
Anob et **Soboba**, et cognationem **Aharehel** filii **Arum**.
9 Fuit autem **Jabes** inclytus præ fratribus suis..

13 Filii autem **Cenez**

11 **Caleb** autem frater **Sua**
ge-|nuit
Mahir
qui fuit | pater
Esthon
12 ge-|nuit
Bethrapha **Phesse** **Tehinna** patrem urbis **Naas**
Hi sunt viri Recha.

H 13 **Othoniel** (2) et **Saraia**
[*Jos* 15 17 *filius Cenez* | *frater Caleb junior*]
[*Judic* 1 13 „ „ | „ „ *minor*]
Filii |
Hathath **Maonathi**
14 ge- | nuit
Ophra

14 ge-|nuit
Joab
patrem vallis artificum

? 15 Filii vero **Caleb** filii **Jephone**
[*Jos* 14 6 *Caleb filius* | *Jephone Cenezæus*]
[„ „ 14 „ *filio* | „ *Cenezæo*]
[*Num* 32 12 „ *filium* | „ *Cenezæum*]

I

15 **Hir** **Ela** **Naham** ? 16 Filii quoq **Jaleleel** ? 17 Et filii **Ezra** : ? 20 Filii quoque **Simon** : Et filii **Jesi** :

Filius |
Cenez **Ziph** **Zipha** **Thiria** **Asrael** **Ammon** **Rinna** filius **Hanan**, **Thilon**. **Zoheth** **Benzoheth**.

J 17 **Jether** genuitque
Mered **Mariam**
Epher **Sammai**
Jalon et **Jesba**
pa- | trem
Esthamo

18 Uxor quoque ejus Judaia peperit
Jared **Heber** **Icuthiel**
pa- | trem pa- | trem pa- | trem
Gedor **Socho** **Zanoe**
Hi autem filii Bethiæ filiæ Pharaonis quam accepit Mered.

19 Et filii uxoris Odaiæ sororis Naham patris Ceila
Garmi
Esthamo.. de Machati

† *Hoc signo indicatur viros quorum nomini affixum est mortuos esse* absque liberis.
? „ „ „ *non liquere quo pacto ea quibus præfigitur cum præcedentibus connexa sint.*

(1) **Cos** *addendum esse tribus filiis* Halaa *ab auctore sacro enumeratis, item illum esse eundem ac* **Cenez** *censent plures interpretes : de quo vide D. Calmet.*
(2) *Quonam gradu* **Othoniel** *et* **Caleb** *fuerint cognati vide interpretes, v. g. Corn. a Lap., et D. Calmet in Jos* 15 17.

XXI FILII CALEB [*Vide tabulam* XX, C]

A

CALEB

1 *Par* 2 18-20, | 42-55, 4 2-4

18 Caleb.. filius Hesron accepit uxorem Azuba de qua genuit **Jerioth** : filii ejus **Jaser Sobab Ardon**

19 mortua.. Azuba, Caleb accepit uxorem Ephratha quæ peperit ei **Hur**

20 ge- nuit **Uri** | **Beseleel** [*Exod* 31 2, 35 30]

50-55 filii **Caleb**, filii Hur primogeniti Ephratha

42-49 Filii autem Caleb fratris Jerameel

42 **Mesa** .. pa | ter **Ziph**

filii **Maresa** pa | tris **Hebron**

43 filii **Core Taphua Recem Samma**

44 ge- | nuit **Sammai** — 45 Filius **Maon** pa | ter **Bethsur**

Samma ge- | nuit **Raham** pa- | trem **Jercaam**

49 Filia Caleb **Achsa**

46 **Epha** concubina Caleb peperit **Haran Mosa Gezez**

Haran ge- | nuit **Gezez** *seu* ? **Jehaddai**

47 Filii **Regom Joathan Gesan Phalet Epha Saaph**

48 **Maacha** concubina Caleb peperit **Saber Tharana**

49 Genuit autem Saaph pater **Madmena** patrem **Machbena** et patrem **Gabaa** | **Sue**

B

50 **Sobal** pater Cariathiarim

Sobal patris

52 filii **Qui videbat dimidium requietionum**

53 Et de cognatione Cariathiarim **Jethrei Aphuthei Semathei Maserei**

Ex his egressi sunt **Saraitæ** et **Esthaolitæ**

51 **Hariph** pa- | ter **Bethgader**

4 2-4

2 **Raia** filius Sobal ge- | nuit **Jahath** de quo | nati sunt **Ahumai** et **Laad**. Hæ cognationes **Sarathi**

3 Ista quoq stirps **Etam** { **Jezrahel Jesema Jedebos** : nomen..sororis eorum **Asalelphuni**

4 **Phanuel** autem pater **Gedor** et **Ezer** pater **Hosa**

Isti sunt filii Hur primogeniti Ephratha patris Bethlehem

51 **Salma** pater Bethlehem

Filii 54-55

54 **Bethlehem Netophathi** — **Coronæ domus Joab** — **Dimidium requietionis Sarai**

55 Cognationes.. Scribarum habitantium in **Jabes** { **Canentes**, atque **Resonantes**, et **in tabernaculis Commorantes**

Hi sunt **Cinæi** qui venerunt de **Calore** patris domus Rechab

XXII GENEALOGIA DAVID EX JUDA

C

JUDA

Ruth 4 17-22 — 18 generationes

Phares : Phares ge- | nuit **Esron** | 19 **Aram** | **Aminadab** | 20 **Nahasson** | **Salmon** | 21 **Booz** | **Obed** 17 **Obed** | 22 **Isai** pa- | ter **Isai** | pa- | tris **David David**

1 *Par* 2 4-5, 9-17

4 **Thamar**.. nurus ejus peperit ei

5 **Phares** et **Zara**

9 **Hesron**

Ram [*vide tab* XX, C] ge- | nuit

10 **Aminadab**

Nahasson principem filiorum Juda [*Num* 1 7, 2 3, 7 12, 17, 10 14]

Exod 6 23 accepit.. Aaron uxorem **Elisabeth** filiam Aminadab sororem Nahasson

11 **Salma** de quo | ortus est **Booz** — *Ruth* 2 1 Erat.. viro [*Noemi*] Elimelech consanguineus.. nomine Booz

ge- | nuit

12 **Obed**

Isai — [1 *R* 17 12 *Isai.. habebat* 8 *filios*]

Matt 1 3-5

3 Judas ge- | nuit **Phares** et **Zaram** de **Thamar** | **Esron** | **Aram** | 4 **Aminadab** | **Naasson** | **Salmon** | 5 **Booz** de **Rahab** | **Obed** ex **Ruth** | **Jesse** [*Ps* 71 20 *Act* 13 22 *David fil Jesse*] | **David** regem

Luc 3 31-33

Judæ | **Phares** | 33 qui fuit **Esron** | **Aram** | **Aminadab** | **Naasson** | **Salmon** | 32 qui fuit **Booz** | **Obed** | **Jesse** | 31 **David** [*Eccli* 45 31 *David.. fil Jessæ de tribu Juda*]

D

13 primog **Eliab** [1 *Reg* 17 13]

2ᵘˢ **Abinadab** [1 *R* 16 8, 17 13]

3ᵘˢ **Simmaa** *seu* 1 *R* 16 9, 17 13 **Samma** *seu*

14 4ᵘˢ **Nathanael**

5ᵘˢ **Raddai** 1 *Par* | 27 18 **Eliu** frater David

15 6ᵘˢ **Asom** 7ᵘˢ DAVID 16 Sorores

2 *Par* 11 18 Duxit.. Roboam uxorem **Abihail** filiam Eliab filii Isai

Semmaa fratris David — 2 *R* filius 13 3 **Jonadab**

Samaa fratris David — 2 *R* 21 21 filius 1 *P* 20 27 **Jonathan**

Sarvia Sarviæ filii **Abisai Joab** et **Asael** 3 [1 *Par* 11 26, 27 7 *Asahel*] 1 *Par* | 27 7 **Zabadias** fil ej

Abigail 17 ge- | nuit **Amasa** cujus pater fuit Jether Ismahelites. [2 *R* 17 25 *Jetra de Jesraeli qui ingressus est ad Abigail filiam Naas sororem Sarviæ quæ fuit mater Joab*]

XXIII FILII DAVID

E

2 *Reg* 3 2-5 **NATI SUNT FILII DAVID IN HEBRON** [1 *Par* 3 1-4]

Primog **Amnon** de Achinoam Jezraelitide [*Jezrahelitide*]

post eum **Cheleab** [2um *Daniel*] de Abigail uxore Nabal Carmeli [*Carmelitide*]

3us **Absalom** filius Maacha filiæ Tholmai regis Gessur

4us **Adonias** filius Haggith [*fil Aggith*]

5us **Saphathia** [*Saphatia*] filius Abital [*ex Abital*]

6us **Jethraam** [*Jethraham*] de Egla uxore David

F

2 *R* 5 14, 1 *P* 14 4 **NOMINA EORUM QUI NATI SUNT EI IN JERUSALEM** [1 *P* 3 5]

2 *R* 5 14-16 **Samua Sobab Nathan Salomon Jebahar Elisua Nepheg Japhia Elisama Elioda Eliphaleth**

1 *P* 3 5-8 **Simmaa** „ „ „ **Jebaar Elisama Eliphaleth Noge** „ „ „ **Eliada Elipheleth**

1 *P* 14 4-7 **Samua Sobad** „ „ **Jebahar Elisua Elipalet Noga Napheg** „ „ **Baaliada Elipalet**

1 *P* 3 5 Quatuor [*primi*] de Bethsabee filia Ammiel. 9 Omnes hi filii David absq filiis concubinarum : habueruntq sororem **Thamar** [2 *R* 13 1]

2 *P* 11 18 Duxit Roboam **Mahalath** filiam Jerimoth filii David

XIV

GENEALOGIA CHRISTI EX DAVID

DAVID

A *Luc* 3 23-31

Nathan
| qui fuit
Mathatha
|
Menna
|
Melea
|
Eliakim
|
Jona
|
Joseph
|
Juda
|
Simeon
|
Levi
|
Mathat
|
Jorim
|
Eliezer
|
Jesu
|
Her
|
Elmadan
|
Cosan
|
Addi
|
Melchi
|
Neri
|
Salathiel
|
Zorobabel
|
Resa
|
Joanna
|
Juda
|
Joseph
|
Semei
|
Mathathiæ
|
Mahath
|
Nagge
|
Hesli
|
Nahum
|
Amos
|
Mathathiæ
|
Joseph
|
Janne
|
Melchi
|
Levi
|
Mathat
|
Heli
|
Joseph
ut putabatur filius
JESUS

B 2 *Reg* 12 24

Bethsabee.. genuit filium, et vocavit nomen ejus **Salomon.** Salomonis

1 *Par* 3 10 filius | [3 *R* 11 43]

Roboam 3 *R* 4 11 filiam **Tapheth** » 15 » **Basemath**

2 *Par* 11 | 18-21

Duxit.. Abihail.. filiam Eliab.. quæ peperit ei filios
Jehus **Somoriam** **Zoom.**

Post hanc.. accepit Maacha filiam Absalom, quæ peperit ei
Abia Ethai Ziza Salomith.

Uxores **18** duxerat, concubin.. **60** et genuit
28 filios, et **60** filias

Abia [*seu Abiam* 3 *R* 14 31, 15 1, 7, 8]
1 *Par* 3 10 ge- | nuit
Asa.
de hoc.. | natus est
Josaphat,

C

11 pa- | ter
Joram 2 *P* 21 2 Qui [*Joram*] habuit fratres filios Josaphat, **Azariam Jahiel Zachariam Azariam Michael Saphatiam.** Omnes hi filii Josaphat regis Juda.
ge- | nuit

4 *R* 11 2 [2 *P* 22 11]
Josaba [*Josabeth*] filia regis Joram [*uxor Joiadæ pontificis*] soror Ochoziæ

Ochoziam,
ex quo | ortus est
Joas :
12 hujus | filius
Amasias
ge- | nuit
Azariam [4 *R* 14 21] *seu* **Oziam** [4 *R* 15 30 *seq*, 2 *P* 26 1 *seq*, *Isai* 1 1, *Osee* 1 1]
Azariæ
fi- | lius
Joathan [4 *R* 15 7, 1 *P* 5 17 *Isai* 1 1, 7 1 *Osee* 1 1] *seu* **Joatham** [4 *R* 15 30, 2 *P* 26 21]
13 pro- | creavit
Achaz,
pa- | trem
Ezechiæ,
de quo | natus est
Manassen
14 ge- | nuit
Amon
pa- | trem
Josiæ.
15 Filii

D

Primog **Johanan**

2us **Joakim** [*Jer* 22 18] *prius* { **Eliacim** 4 *R* 23 34, **Eliakim** 2 *P* 36 4 }
16 de Joakim natus est

3us **Sedecias** *prius* **Matthanias** 4 *R* 24 17 [*patruus Joachin* 4 *R* 24 17, 2 *P* 36 10]

4us **Sellum** *seu* 4 *R* 23 30 **Joachaz** 2 *P* 36 1

Jechonias [*Jer* 22 24] *seu* **Joachin** 4 *R* 24 6, 2 *P* 36 8 — **Sedecias**
17 Filii | Jechoniæ

17 **Asir** — **Salathiel** (*Agg* { 1 1, 12; 2 3, 24 } filius | *Esd* { 1: 3 2, 8, 5 2; 2: » 12 1 }) **Zorobabel** — 18 **Melchiram** — **Phadaia** — **Senneser** — **Jecemia** — **Sama** — **Nadabia**

19 De Phadaia orti | sunt
Zorobabel et **Semei**
ge- | nuit

E

19 **Mosollam** **Hananiam** et **Salomith** sororem eorum : 20 **Hasaban** quoque et **Ohol** et **Barachian** et **Hasadian** **Josabhesed** { 5

21 Hananiæ | filius
Phaltias
pa- | ter
Jeseiæ,
cujus | filius
Raphaia.
Hujus | filius
Arnan,
de quo | natus est
Obdia,
cujus | filius fuit
Sechenias
22 Filius | Secheniæ
Semeia :
cujus | filii

Hattus **Jegaal** **Baria** **Naaria** **Saphat** 6 numero
23 Filius Naariæ,

Eliœnai **Ezechias** **Ezricam** 3
24 Filii | Eliœnai

Oduia **Eliasub** **Pheleia** **Accub** **Johanan** **Dalaia** **Anani** 7

Matt 1 6-16

6 David.. rex
ge- | nuit
Salomonem
ex ea quæ fuit Uriæ
Salomon..
|
7 **Roboam**
|
Abiam
|
Asa
|
8 **Josaphat**
|
Joram
|
Oziam.
9 Ozias
|
Joatham
|
Achaz
|
Ezechiam.
10 Ezechias
|
Manassen.
Manasses
|
Amon
|
Josiam.
11 Josias
|
Jechoniam.
12 Jechonias
|
Salathiel
|
Zorobabel

F

|
13 **Abiud**
|
Eliacim
|
Azor
|
14 **Sadoc**
|
Achim
|
Eliud
|
15 **Eleazar**
|
Mathan
|
Jacob
|
16 **Joseph**
virum Mariæ
de qua natus est
JESUS..CHRISTUS.

XXV PEREGRINATIONES PATRIARCHARUM ABRAHAM, ISAAC ET JACOB

Gen **A**
11 31 Tulit.. Thare ABRAM.. Lot.. Sarai.. et eduxit eos. . . . de **Ur Chaldæorum.** [15 7 *Ego Dominus qui eduxi te de* **Ur Chaldæorum**]
ut irent in terram **Chanaan.**
[*Judit* 5 9 *præcepit* [*Deus*] *ut exirent inde* [*de terra Chald*] *et habitarent in* **Charan.** 5 7 *in* **Mesopotamia.**
Act 7 2 *Deus.. apparuit.. Abrahæ, cum esset in* **Mesopotamia,** *priusquam moraretur in* **Charan,**
3 *Et dixit.. Exi de terra t.. veni in terram quam monstravero..*
4 *Tunc exiit de terra* **Chaldæorum,** *et habitavit in* **Charan.**]
veneruntque . . . . usque **Haran,**
et habitaverunt ibi.
12 1 Dixit.. Dominus ad Abram : Egredere de terra tua, et de domo patris t, et veni in terram quam monstrabo tibi..
4 Egressus est itaque Abram.. et ivit eum eo Lot :
75 annorum erat Abram cum egrederetur . . . . . . de **Haran.**
5 Tulit.. Sarai.. Lot.. animas quas fecerant in **Haran**:
et egressi sunt ut irent in terram . . . . **Chanaan.**
6 Pertransivit Abram terram usque . . . . ad.. **Sichem,** usq ad convallem illustrem.. — 7 ædificavit ibi altare Domino.
8 Inde transgrediens ad montem qui erat contra orientem . . . **Bethel,** tetendit ibi tabernaculum suum, habens { ab occidente **Bethel,** ab oriente **Hai.** }
9 Perrexitque Abram vadens, et ultra progrediens. . . . . ad **meridiem.**
10 Facta est autem fames in terra : descenditque Abram . . . in **Ægyptum,** ut peregrinaretur ibi. 17 Flagellavit.. Dnus Pharaonem.. propter Sarai..
13 1 Ascendit ergo Abram . . . . de **Ægypto.**
3 Reversusque est per iter quo venerat, a meridie . . . . in **Bethel,** usque ad locum ubi prius fixerat tabernaculum inter { **Bethel** et **Hai.** }
14 Dixitque Dnus ad Abram, postquam divisus est ab eo Lot :.
17 ..perambula terram.. quia tibi daturus sum eam.
18 Movens igitur tabernaculum suum Abram venit, et habitavit juxta convallem . . . . **Mambre,** quæ est in **Hebron.** *Inde c.* 14 *liberavit Lot a quinque regibus.*
ædificavitque ibi altare Domino.

B
Ibi 16 3 *Sara* tulit Agar.. post **annos 10** quam habitare cœperant in terra **Chanaan** : et dedit eam viro suo uxorem.
Inde » 7 *Agar fugit usq ad* fontem.. qui est in via **Sur** in deserto, *quem*
14 appellavit **Puteum viventis et videntis..** inter **Cades** et **Barad.**
Ibi » 16 **86 annorum** erat Abram, quando peperit ei Agar Ismaelem.
Ibi 17 5 *vocatus est Abraham* — 10 *pactum circumcisionis*
24 Abraham **99** erat **annorum** [17 1] qdo circumcidit carnem præputii
25 Ismael **13 annos** impleverat — 17 *erat* Sara **90naria.**
Ibi 18 *tres Angeli visitaverunt Abraham* — *c* 19 *Ruina Sodomorum.*

C
20 1 Profectus inde ABRAHAM in terram . . . . **australem,**
habitavit inter **Cades** et **Sur** et peregrinatus est . . . . in **Geraris,** 2 Abimelech rex **Geraræ..** tulit *Saram.*
21 27 Abraham.. et.. Abimelech.. percusserunt.. ambo fœdus .
Ibi 21 5 Cum **100** esset **annorum** *Abraham..* natus est **Isaac.**
31 vocatus est locus ille **Bersabee** : quia ubi uterque juravit.
Inde » 14 *ejecta est Agar cum Ismaele.* 14 errabat in solitudine **Bersabee**
33 Abraham.. plantavit nemus . . . . in **Bersabee** *Ibi* 22 2 *jussus est filium immolare* **in terra visionis,** 4 *iter tridui distante* — 19 reversus est Abraham.. **Bersabee,** et habitavit ibi.
34 Et fuit colonus terræ **Palæstinorum** diebus multis.
23 1-2 Vixit.. Sara **127 annis.** Et mortua est in civitate . . . . **Arbee,** quæ est **Hebron,** in terra **Chanaan** : venitque Abraham, ut.. fleret eam.
19 Sepelivit Abraham Saram.. in spelunca.. quæ respiciebat . . **Mambre,** hæc est **Hebron,** in terra **Chanaan.** *Tunc* 24 4 *misit in Mesopotamiam,*
25 7 Fuerunt.. dies vitæ Abrahæ **175 anni** *ut adduceretur uxor Isaac, qui* 62 habitabat **ad Puteum Viventis et videntis**
9 Sepelierunt eum Isaac et Ismael in spelunca.. e regione . . . **Mambre.**

D
11 ISAAC.. habitabat juxta . . . . **Puteum.. Viventis et videntis.** *Ibi* 25 25-26 *nati sunt Esau et Jacob Isaac* **60***nario.*
26 1 Orta.. fame.. abiit Isaac ad Abimelech regem **Palæstinorum** in **Gerara.** 2 Apparuitque ei Dominus, et ait : Ne descendas in **Ægyptum..**
6 Mansit itaque Isaac . . . . in **Geraris.**
16 Abimelech.. ad Isaac : Recede.. potentior nobis factus es.
23 Ascendit autem . . . . in **Bersabee.** *Inde* 27 27 *Jacob pro Esau benedictus,* 28 2 *missus est* **in Mesopotamiam Syriæ,** *ut acciperet uxorem de cognatione sua.*

E
28 10 Egressus JACOB . . . . de **Bersabee** pergebat **Haran.**
11-12 Cumque venisset in quemdam locum.. dormivit.. viditq.. scalam..
19 Appellavitque nomen urbis . . . . **Bethel,** quæ prius **Luza** vocabatur.
29 1 Profectus.. Jacob venit in terram orientalem . . . . . 4 *ad* **Haran.** *Ibi* 31 38 *mansit apud Laban* **20 annis**
31 18 Tulit.. quidquid in **Mesopotamia** acquisierat, pergens ad Isaac patrem suum in terram **Chanaan.** 41 *servivitque Laban* per **20 annos..** { **14** pro filiabus, **6** pro gregibus. }
21 Cumque.. pergeret contra **montem Galaad,**
22 Nuntiatum est Laban die **3°** quod fugeret Jacob.
23 Qui.. persecutus est eum diebus **7** : et comprehendit eum **in monte Galaad.** 55 Laban.. osculatus est filios et filias suas.. reversusq est in locum suum.
32 1 Jacob.. abiit.. fueruntque ei obviam Angeli Dei.
2 ait : Castra Dei sunt hæc, et appellavit nomen loci illius . . . **Mahanaim,** i. e. **Castra.** *Inde* 32 3 misit.. ad Esau.. in terram **Seir,** in regionem **Edom.**
22 Transivit . . . . vadum **Jaboc.** 24 Mansit solus : et ecce vir luctabatur cum eo usque mane.
30 Vocavitque.. nomen loci illius **Phanuel,** dicens : Vidi Deum..
31 Ortusque est ei statim sol, postquam transgressus est . . . . **Phanuel.** 33 1 Jacob.. vidit venientem Esau, et cum eo **400** viros.
16 Reversus est.. illo die Esau itinere quo venerat, in **Seir.**

F
33 17 Et Jacob venit . . . . in **Socoth** : ubi.. fixis tentoriis appellavit nomen loci.. **Socoth,** i. e. **Tabernacula.**
18 Transivitque. . . . . in **Salem** urbem **Sichimorum..** in terra **Chanaan.**
et habitavit juxta oppidum. *Ibi* 34 2 *Dina rapta est a Sichem filio Hemor principis terræ.*
35 1 Deus ad Jacob : Surge, et ascende **Bethel,** et habita ibi.
6 Venit igitur Jacob . . . . **Luzam..** in terra **Chanaan,** cognomento **Bethel** — 7 ædificavitque ibi altare.
16 Egressus.. inde venit verno tempore ad terram quæ ducit . . . **Ephratam.** *Ibi* 35 18 *Rachel peperit Benjamin, et* 19 Mortua est ergo Rachel et sepulta est in via quæ ducit **Ephratam,** hæc est **Bethlehem.**
21 Egressus inde, fixit tabernaculum . . . . trans **Turrem gregis.** *Ibi* 35 22 Ruben.. dormivit cum Bala concubina patris sui.
27 Venit etiam ad Isaac patrem suum . . . . in **Mambre** civitatem **Arbee,** hæc est **Hebron.** *Inde* 37 14 *Joseph ad fratres* missus de valle **Hebron** venit in **Sichem** *ubi venditus est Ismaelitis.*
28 Et completi sunt dies Isaac **180 annorum**
45 26 Nuntiaverunt ei [*Jacob*].. Joseph filius tuus vivit.
46 1 Profectusque Israel cum omnibus quæ habebat venit . . . ad **Puteum juramenti.** [*Bersabee* 21 31-32]
3 Ait illi Deus.. descende in **Ægyptum.**
5 Surrexit autem Jacob . . . . a **Puteo juramenti**
6 venitque . . . . in **Ægyptum** cum omni semine s. 7 Filii ej, et nepotes, filiæ, et cuncta.. progenies.
28 Misit.. Judam.. ad Joseph.. ut nuntiaret ei, et occurreret . . in **Gessen.**
47 5-6 rex ad Joseph.. in optimo loco fac eos habitare, et trade eis. . **terram Gessen.** 47 9 *Jacob ad regem* : Dies peregrinationis meæ **130** annorum sunt.
11 Joseph.. dedit possessionem **in Ægypto,** in optimo terræ loco, . **Ramesses.**
27 Habitavit ergo Israel **in Ægypto,** id est . . . . in **terra Gessen.** 28 vixit in ea **17 annis** : factiq sunt omnes dies vitæ.. **147 annorum.**

G *Gen* 46 8 *Exod* 1 1 **NOMINA FILIORUM ISRAEL QUI INGRESSI SUNT IN ÆGYPTUM**

Exod 1 1-5 **Ruben, Simeon, Levi, Judas, Issachar, Zabulon,** et **Benjamin, Dan,** et **Nephthali, Gad,** et **Aser. Joseph** autem in Ægypto erat.
Gen 46 9 Filii **Ruben..** 10 Filii **Simeon..**
11 » **Levi..** 12 » **Juda..**
13 » **Issachar..** 14 » **Zabulon..** } 15 Hi filii **Liæ** { quos genuit in Mesopotamia Syriæ cum **Dina** filia sua. . . . . . { omnes animæ filiorum ejus et filiarum . . . **33**
16 » **Gad..** 17 » **Aser..** 18 Hi filii **Zelphæ** quam dedit Laban Liæ filiæ suæ : et hos genuit Jacob.. animas. **16**
20 » **Joseph..** 21 » **Benjamin..** 22 Hi filii **Rachel** [46 19] . . . . quos genuit Jacob : omnes animæ **14**
23 » **Dan..** 24 » **Nephthali..** 25 Hi filii **Balæ** quam dedit Laban Racheli filiæ suæ : et hos genuit Jacob : omnes animæ **7**
26 Cunctæ animæ quæ ingressæ sunt cum Jacob.. et egressæ sunt de femore illius, absque uxoribus filiorum ejus **66**
27 Filii autem Joseph qui nati sunt ei in terra Ægypti, animæ **2**
27 [*Exod* 1 5] Omnes animæ domus Jacob quæ ingressæ sunt in Ægyptum [*omnes animæ eorum qui egressi sunt de femore Jacob*] **70**

Exod 12 40 Habitatio autem filiorum Israel qua manserunt **in Ægypto** fuit **430 annorum.**
[*Gen* 15 13 *Scito.. quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, et subjicient eos servituti et affligent* **400 annis** [*Act* 7 6]
Judit 5 9 *descenderunt in Ægyptum, illicque per* **400 annos** *sic multiplicati sunt, ut dinumerari eorum non posset exercitus.*
Galat 3 17 *Hoc.. dico testamentum* [*promissionis*] *confirmatum a Deo : quæ post* **430 annos** *facta est Lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem.*]

XVI SUMMA FILIORUM ISRAEL IN DESERTO SINAI RECENSITORUM

A

m

1 Locutus est Dnus ad Moysen in deserto Sinai, in tabernaculo fœderis, 1a **die mensis** 2di **anno altero** egressionis eorum ex Ægypto, dicens :
2 Tollite **summam** universæ congregationis filiorum Israel **per cognationes** et **domos** suas et **nomina** singulorum quidquid **sexus** est **masculini**
3 **A 20° anno** et supra, omnium virorum fortium ex Israel, et numerabitis eos per turmas suas, tu et Aaron.
4 Eruntque vobiscum

PRINCIPES TRIBUUM AC DOMORUM IN COGNATIONIBUS SUIS

5 quorum ista sunt nomina :	De **Ruben**,	**Elisur**	filius	Sedeur	16 Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus et cognationes suas et capita exercitus Israel.
6	De **Simeon**,	**Salamiel**	„	Surisaddai	
7	De **Juda**,	**Nahasson**	„	Aminadab	
8	De **Issachar**,	**Nathanael**	„	Suar	
9	De **Zabulon**,	**Eliab**	„	Helon	
10 Filiorum autem Joseph	de **Ephraim**,	**Elisama**	„	Ammiud	
	de **Manasse**,	**Gamaliel**	„	Phadassur	
11	de **Benjamin**,	**Abidan**	„	Gedeonis	
12	De **Dan**,	**Ahiezer**	„	Ammisaddai	
13	De **Aser**,	**Phegiel**	„	Ochran	
14	De **Gad**,	**Eliasaph**	„	Duel	
15	De **Nephthali**,	**Ahira**	„	Enan	

18 Et congregaverunt **1°** die mensis **2**i [*filios Israel*] recensentes eos per cognationes et domos, ac familias et capita, et nomina singulorum, a **20°** anno et supra..

B

NUMERATIQUE SUNT IN DESERTO SINAI

20-21	De	**Ruben**	recensiti sunt	(1)	**46 500**
22-23	De filiis	**Simeon**		. . . .	**59 300**
24-25	De „	**Gad**		per generationes et familias ac domos cognationum suarum [20 *ac domos suas*]	**45 650**
26-27	De „	**Juda**			**74 600**
28-29	De „	**Issachar**		per nomina [20 *per nomina capitum* 22 *et capita* 36, 38, 42 *nominibus*] singulorum	**54 400**
30-31	De „	**Zabulon**			**57 400**
32-33	De „ Joseph filiorum	**Ephraim**		[20, 22 *omne quod sexus est masculini*]	**40 500**
34-35	filiorum	**Manasse**		a **20°** anno [24 *a* **20** *annis*] et supra,	**32 200**
36-37	De „	**Benjamin**		omnes qui poterant ad bella procedere [20, 22 *procedentium ad bellum*, 24, 28 *omnes qui ad bella procederent*]	**35 400**
38-39	De „	**Dan**			**62 700**
40-41	De „	**Aser**		. . . .	**41 500**
42-43	De „	**Nephthali**		. . . .	**53 400**

44 Hi sunt quos numeraverunt Moyses et Aaron et **12** principes Israel singulos per domos cognationum suarum.
45-46 Omnis numerus filiorum Israel per domos et familias suas, a **20°** et supra, qui poterant ad bella procedere **603 550**
[*Exod* 38 25]
47 [2 33] Levitæ autem in tribu familiarum suarum non sunt numerati cum eis [*inter filios Israel*]

XXVI SUMMA FILIORUM LEVI

C

AB UNO MENSE ET SUPRA

Addita comparatione cum numero primogenitorum aliarum tribuum

um

15 **Numera filios Levi** per **domos** patrum suorum et **familias**, ... omnem **masculum ab 1 mense et supra**
16 Numeravit Moyses.. 17 Et inventi sunt filii Levi per nomina sua **Gerson**, et **Caath**, et **Merari**.

21 De **Gerson**.. familiæ duæ	**Lebnitica**, **Semeitica**	22 Quarum numeratus est populus		sexus masculini „ „ „ „ „	7 500
27 Cognatio **Caath** habebit populos	**Amramitas**, **Jesaaritas**, **Hebronitas**, **Ozielitas**	Hæ sunt familiæ Caathitarum recensitæ per nomina sua		28 Omnes generis „ „ „ „ „ „	8 600
33 De **Merari** erunt populi	**Moholitæ**, **Musitæ**	recensiti per nomina sua.		34 Omnes „ „ „ „ „ „ „	6 200
39 Omnes Levitæ quos numeraverunt Moyses et Aaron.. per familias suas				in genere masculino „ „ „ „ „	22 000 (2)

40 Et ait Dominus ad Moysen : Numera **primogenitos** de filiis Israel . . . . **sexus masculini** „ „ „ „ „
41 Tollesque Levitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel.. [3 12, 8 16]
42 Recensuit Moyses sicut præceperat Dnus primogenitos „ . . . . 43 Et fuerunt masculi „ „ „ „ „ **22 273**
44 Dominus ad Moysen.. 45 Tolle Levitas pro primogenitis „ „ .. eruntque Levitæ mei. [3 12, 8 14] 46 In pretio autem **273**
qui excedunt numerum Levitarum de primogenitis „ „ , 47 accipies.. per singula capita ad mensuram Sanctuarii **siclos**. **5**
48 Dabisque pecuniam Aaron et filiis ejus..
49 Tulitque Moyses pecuniam.. 50 pro primogenitis „ „ .. juxta pondus Sanctuarii . . . . **siclorum**. **1 365**

D

A 30 ANNIS ET SUPRA USQUE AD ANNOS 50

Num

2-3	Tolle summam filiorum	**Caath**..	(1) per domos et familias suas [22 *ac familias et cognationes s*, 29 *per familias et domos patrum s*] a **30** annis et supra usque ad annos **50** [3 *a* **30°** *anno.. usque ad* **50**m *annum*]		
22-23	Tolle „ „	**Gerson**	omnes [3 *omnium*] qui ingrediuntur: 3 ut stent et ministrent in tabernaculo fœderis; 23 et ministrant „ „ „; 30 ad officium ministerii s et cultum fœderis testimonii		
29-30	Filios quoque [*recensebis*]	**Merari**			
34-35	Recensuerunt igitur.. filios	**Caath**	(1) per cognationes et domos patrum suorum a **30** annis et supra usque ad annum **50**m	36 Et inventi sunt	**2 750**
38-39	Numerati sunt et filii	**Gerson**	Omnes qui ingrediuntur [47 *ingredientes*]: 39 ut ministrent in tabernaculo fœderis; 43 ad explendos ritus tabernaculi „; 47 ad ministerium „; 35 „ „ „ „	40 Et „ „	**2 630**
42-43	Numerati sunt et filii	**Merari**		44 Et „ „	**3 200**
46-47	Omnes qui recensiti sunt de Levitis..			48 fuerunt simul	**8 580**

(1) *Hæc, quanquam in sacro volumine per singulas tribus aut familias Levitarum repetita, semel transcribimus, subjunctis interim lectionibus variis.*
(2) *Si conjunguntur hæ summæ partiales* 7 500, 8 600, 6 200, *quales* 4 22, 28, 34 *describuntur, summa omnium Levitarum ab uno mense et supra non est* 22 000, *sed* 22 300 : *de quo vide commentatores.*

XXVIII

LEX CASTRAMETATIONIS ET PROFECTIONIS FILIORUM IN DESERTO

TEMPUS PROFICISCENDI ET TEMPUS CASTRAMETANDI

Num
9 17 Cum.. **ablata** fuisset **nubes** quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filii Israel [*Exod* 40 34 *qdo nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filii Israel per turmas s*:]et in loco ubi **stetisset nubes**, ibi castrametabantur.
18[20] Ad imperium Dni proficiscebantur, [*deponebant tentoria*] et ad imperium illius figebant tabernaculum [*erigebant*] [23 *Per verbum Dni figebant tentoria, et per verbum illius proficiscebantur : erantq in excubiis Dni juxta imperium ejus..*]
18 Cunctis diebus quibus **stabat nubes** super tabernaculum, **manebant** in eodem loco. [*Exod* 40 35 *si pendebat desuper, manebant in eodem loco*].
19-20 Et si evenisset ut multo tempore maneret super illud, erant filii Israel in excubiis Domini, et non proficiscebantur, quot diebus fuisset nubes super tabernaculum.
21 Si fuisset nubes a vespere usque mane, et statim diluculo **tabernaculum reliquisset, proficiscebantur** : et, si post diem et noctem recessisset, dissipabant tentoria.
22 Si vero biduo aut uno mense vel longiori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filii Israel in eodem loco, et non proficiscebantur : statim autem ut recessisset, movebant castra.

ORDO CASTRAMETATIONIS.

2 2 Singuli per turmas, signa atque vexilla, et domos cognationum suarum castrametabantur filii Israel **per gyrum tabernaculi.** [*Num* 1 52-53]

3 **A** — AD ORIENTEM

3 Figet tentoria per turmas exercitus s	**Judas**	princeps.. **Nahasson** filius Aminadab; 4 Omnis de stirpe ej summa pugnantium	74 600	9 Universi.. in castris **Judæ** annumerati sunt	**186 400**: . . et per turmas suas **primi** egredientur.
5 Juxta eum castrametati s de tribu	**Issachar**	princeps.. **Nathanael** filius Suar; 6 Omnis numerus pugnatorum ejus	54 400		
7 In tribu	**Zabulon**	princeps.. **Eliab..** filius Helon; 8 Omnis de stirpe ej exercitus pugnatorum	57 400		

3 38 Castrametabuntur ante tabernaculum . . . . . **Moyses** et **Aaron** cum filiis suis.

2 10 **B** — AD MERIDIANAM PLAGAM

Ps 117 12 *gentes*.. et exarserunt sicut ignis in
Eccli 28 28 Sepi aures t =,linguā nequā noli au
Ose 2 6 Propter hoc, ecce ego sepiam viā tu
Matt 7 16 Numquid colligunt de = uvas, aut tribulis ficus? [*Luc* 6 44]
13 22 seminatus est in =, hic est qui verb audit, et sollicitudo sæculi.. suffo
27 29 plectentes coronam de =, posuerunt per caput ejus [*Joan* 19 2]
Marc 4 18 qui in = seminantur.. audiunt verbu

SPINEUS spineam

Marc 15 17 et imponunt ei plectentes = corona
Joan 19 5 (Exivit ergo Jesus,portans coronam

SPIRACULUM

Gen 7 22 cuncta,in quib = vitæ est.. mortua
Job 33 4 et = Omnipotentis vivificavit me
41 7 ne = quidem incedit per eas [*squam*
Prov 20 27 Lucerna Domini, = hominis.. invest
Gen 2 7 inspiravit in faciem ejus **spiracu** vitæ, et factus est homo in anima
Job 32 19 En venter meus quasi mustum ab **spiraculo**, quod laguncules..

SPIRAMENTUM spiramentum

Job 26 4 Quem docere voluisti?..eum qui feci

SPIRITALIS spiritale

1 *Cor* 15 44 seminatur corpus animale, surget co Si est corpus animale, est et =

SPIRITALIS—e

Cor 15 46 non prius quod — est, sed quod animale, deinde quod — [ducaverunt
10 3 omnes eamdem escam spiritalem man-
4 omnes eumdem potum — biberunt (bibebant autē de spiritali consequente eos petra : petra autem erat Christus)
ol 1 9 in omni sapientia et intellectu —
Cor 14 1 charitatem, æmulamini spiritalia

SPIRITUALIS

om 7 14 Scimus.. quia lex — est, ego.. carnalis
Cor 2 15 —.. judicat omnia.. a nemine judicatur
14 37 Si quis videtur .. aut —, cognoscat quæ scribo vobis quia Dni sunt mandata
Pet 2 5 superædificamini, domus —, sacerd sanctū
om 1 11 Desidero enim videre vos, ut aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis
se 9 7 scitote Israel stultum prophetam, insanum virum spiritualem
ph 1 3 Deus.. qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus..
alat 6 1 vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis
om 15 27 spiritualium eorum participes facti s.. debent et in carnalibus ministrare
Cor 3 1 non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus
2 13 quæ et loquimur .. in doctrina spiritus, — spiritualia comparantes
Pet 2 5 offerre spirituales hostias, acceptabiles
Cor 2 13 spiritualibus spiritualia comparantes
9 11 Si nos vobis — seminavimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus ?
ph 6 12 colluctatio.. ctra — nequitiæ, in cælestib
Cor 12 1 De spiritualibus autē nolo vos ignorare
ph 5 19 Col 3 16 in.. hymnis, et canticis —

SPIRITUALITER

Cor 2 14 non potest intelligere quia — examinatur
poc 11 8 civitatis magnæ, quæ vocatur — Sodoma

SPIRITUS [36 B; 66 Fb — *vide infra* SPIRITUS SANCTUS]

en 6 3 Non permanebit — meus in homine
17 ut interficiā omnem carnē, in qua — vitæ
7 15 ingressæ sunt.. in arcam, bina et bina ex omni carne in qua erat — vitæ
45 27 vidisset [*Jacob*] plaustra.. revixit — ejus
xod 15 10 Flavit — tuus, et operuit eos mare
um 5 14 si — zelotypiæ concitaverit virum..
11 25 requievisset in eis —, prophetaverunt
26 Eldad.. Medad, super quos requievit —
27 18 Tolle Josue.. virum in quo est —..
os 2 11 nec remansit in nobis — ad introitum v
5 1 audierunt..reges..non remansit in eis —
udic 8 3 requievit — eorum, quo tumebant..
Reg 16 14 Saul, et exagitabat eum — nequam
23 Recedebat enim ab eo — malus
30 12 comedisset [*Saul*], reversus est — ejus
Reg 19 11 ecce.. — grandis .. subvertens montes..
22 21 Egressus est autem —, et stetit coram Dno, et ait.. decipiam [2 *Par* 18 20]
22. 2 *Par* 18 21 ero — mendax in ore omn
Reg 2 9 Obsecro ut fiat in me duplex — tuus
15 Requievit — Eliæ super Eliseum
Par 12 18 — vero induit Amasai principem..
Par 9 4 non erat præ stupore ultra in ea —
ob 10 9 pater.. mater m.. et cruciatur — eorum
ob 4 15 cum — me præsente transiret, inhorruer
8 2 Usquequo loqueris .. et — multiplex .. ?
12 10 In cujus manu.. et — universæ carnis ..
15 13 Quid tumet contra Deum — tuus .. ?
17 1 — meus attenuabitur, dies m breviabuntur
20 3 et — intelligentiæ meæ respondebit mihi
26 13 — ejus ornavit cælos.. eductus .. coluber
32 8 — est in hominibus, et inspiratio Omnipo- [tentis..
18 et coarctat me — uteri mei
s L 10 7 — procellarum pars calicis eorum
50 19 Sacrificium Deo — contribulatus : cor..
76 4 exercitatus sum : et defecit — meus
77 8 non est creditus cum Deo — ejus
39 caro sunt : — vadens et non rediens
102 16 — pertransibit in illo [*homine*]
106 25 Dixit, et stetit — procellæ : et exaltati sunt
134 17 neque enim est — in ore ipsorum
142 4 anxiatus est super me — meus
7 exaudi me, Domine : defecit — meus
10 — tuus bonus deducet me in terrā rectā
145 4 Exibit — ejus [*hominis*], et revertetur ..
147 18 flabit — ejus, et fluent aquæ
150 6 omnis — laudet Dominum. Alleluia
rov 15 13 in mœrore animi dejicitur —
16 18 et ante ruinam exaltatur —
17 22 — tristis exsiccat ossa
18 14 — viri sustentat imbecillitatem suam
ccle 1 6 lustrans universa in circuitu pergit —
3 21 Quis novit si — filiorū Adam ascendat..et si — jumentorum descendat deorsū ?
10 4 Si — potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris

SPIRITUS

Eccle 12 7 et — redeat ad Deum, qui dedit illum
Sap 1 6 Benignus est enim — sapientiæ
2 3 cinis.. corpus nostrum, et — diffundetur tanquā.. aer..vita n.. vestigium nubis
5 24 Contra illos [*impios*] stabit — virtutis
7 7 invocavi, et venit in me — sapientiæ
22 Est enim in illa [*sap*] — intelligentiæ
12 1 quā.. suavis est, Dne, — tuus in omnib !
16 14 et cum exierit —, non revertetur
17 17 Sive — sibilans, aut.. avium sonus .. *deficientes faciebant illos præ timore*
Eccli 24 27 — enim meus super mel dulcis
34 14 — timentium Deum quæritur
48 13 Elias..et in Eliseo completus est — ejus
Isai 2 22 Quiescite..ab homine, cujus — in naribus ejus est .. excelsus reputatus est ipse
11 2 requiescet super eum — Dni : — sapientiæ et intellectus, — consilii et fortitudinis, — scientiæ et pietatis
3 et replebit eum — timoris Domini
19 3 dirumpetur — Ægypti in visceribus ejus
25 4 —..robustorū.. turbo impellens parietem
28 6 et — judicii sedenti super judicium
30 28 — ejus [*Domini*] velut torrens inundans
31 3 Ægyptus homo, et non Deus; et equi eorum caro, et non —
32 15 donec effundatur super nos — de excelso
33 11 — vester ut ignis vorabit vos
34 16 — ejus [*Dni*] ipse congregavit ea [*mala*]
48 16 nunc Dnus Deus misit me, et — ejus
57 16 quia — a facie mea egredietur
59 21 — m.. verba m.. non recedent de ore tuo
Jer 4 12 — plenus ex his [*viis*] veniet mihi
10 14 et non est — in eis [51 17 *Bar* 6 24]
Thre 4 20 — oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris.. diximus..
Bar 2 17 quorum — acceptus est a visceribus suis
3 1 in angustiis, et — anxius clamat ad te
6 60 id ipsum.. et — in omni regione spirat
Ezec 1 20 Quocumque ibat —.. rotæ.. elevabantur — enim vitæ erat in rotis [21]
2 2 ingressus est in me —..locutus est mihi
3 12 assumpsit me —, et audivi .. vocem ..
14 —..levavit me, et assumpsit me : et abii
24 ingressus est in me —, et statuit me ..
8 3 elevavit me — inter terram et cælum
10 17 — enim vitæ erat in eis [*cherubim*]
11 1 elevavit me —, et introduxit me ad portā
24 — levavit me, adduxitque in Chaldæam
21 7 tabescet omne cor.. infirmabitur omnis —
37 10 ingressus est in ea [*ossa*] —, et vixerunt
43 5 elevavit me —, et introduxit me in atrium
Dan 2 1 vidit Nabuch .. et conterritus est — ejus
4 15 quia — deorum sanctorum in te est
5 12 — amplior, et.. inventæ sunt.. in Daniele
20 et — illius obfirmatus est ad superbiam
7 15 Horruit — meus, ego Daniel territus sum
Ose 4 12 — enim fornicationum decepit eos
19 Ligavit eum — in alis suis
5 4 quia — fornicationum in medio eorum
Hab 1 11 mutabitur —, et pertransibit, et corruet
2 19 omnis — non est in visceribus ejus [*idoli*]
Agg 2 6 et — meus erit in medio vestrum
Zach 5 9 ecce 2 mulieres.. et — in alis earum
1 *Mac* 13 7 accensus est — populi .. ut audivit ..
2 *Mac* 3 24 —.. Dei.. fecit suæ ostensionis evidentiā
Matt 10 20 Non enim vos estis qui loquimini, sed — Patris vestri, qui loquitur in vobis
12 43 Cum .. immundus — exierit ab homine, ambulat per loca arida [*Luc* 11 24]
26 41 — quidem promptus est, caro autem infirma [*Marc* 14 38]
Marc 1 12 statim — expulit eum in desertum
26 discerpens eum — immundus..exiit ab eo
9 19 vidisset eum, statim — conturbavit illū
Luc 1 47 et exultavit — meus in Deo salutari meo
8 55 reversus est — ejus [*puellæ*], et surrexit
9 39 — apprehendit eum, et..clamat, et elidit
24 39 — carnem et ossa non habet sicut me ..
Joan 3 6 quod natum est ex spiritu, — est
8 — ubi vult spirat : et vocem ejus audis
4 24 — est Deus.. in spiritu.. oportet adorare
6 64 — est qui vivificat : caro non prodest quidquam. Verba quæ ego locutus sum vobis, — et vita sunt
7 39 nondū..erat — datus..nondū..glorificatus
16 13 Cum .. venerit ille — veritatis, docebit..
Act 8 29 — Philippo : Accede, et adjunge te ..
10 19 dixit — ei : Ecce viri 3 quærunt te
11 12 Dixit autem — mihi ut irem cum illis
17 16 Paulus .. incitabatur — ejus in ipso
19 15 — nequam dixit eis : Jesum novi ..
23 9 quid si — locutus est ei, aut angelus ?
Rom 8 10 — vero vivit propter justificationem
11 si — ejus..habitat in vobis .. vivificabit..
16 — testimonium reddit spiritui nostro
26 et — adjuvat infirmitatem nostram .. ipse — postulat pro nobis gemitibus ..
27 scrutatur corda, scit quid desideret —
1 *Cor* 2 10 —..omnia scrutatur, etiam profunda Dei

SPIRITUS

1 *Cor* 2 11 Quis .. scit quæ sunt hominis, nisi — hominis qui in ipso est ?
5 5 ut — salvus sit in die Domini n J C
6 17 Qui autem adhæret Dno, unus — est
12 4 Divisiones..gratiarum sunt, idem autē —
11 omnia operatur unus atque idem —
14 14 si orem lingua, — meus orat
2 *Cor* 3 6 littera enim occidit, — autem vivificat
17 Dominus autem — est : ubi autem — Domini, ibi libertas
7 13 refectus est — ejus [*Titi*] ab omnib vobis
Galat 5 17 concupiscit.. — autem adversus carnem
Eph 4 4 Unum corpus.. unus — sicut vocati estis
1 *The* 5 23 integer — vester.. et corpus.. servetur
1 *Tim* 4 1 — autem..dicit..discedent quidam a fide
Jac 4 5 Ad invidiam concupiscit —.. in vobis
1 *Pet* 1 11 scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis — Christi
4 14 et qui est ejus —, super vos requiescit
1 *Joan* 4 2 — qui confitetur Jesum .. ex Deo est
3 — qui solvit Jesum, ex Deo non est
5 6 — est qui testificatur .. Chr est veritas
8 —, et aqua, et sanguis..hi 3 unum sunt
Apoc 2 7, 11, 17, 29; 3 6, 13, 22 Qui habet aurem, audiat quid — dicat ecclesiis
11 11 — vitæ a Deo intravit in eos [*prophetas*]
14 13 Amodo jam dicit —, ut requiescant ..
19 10 Testimonium enim Jesu est — prophetiæ
22 17 Et — et sponsa dicunt : Veni
Gen 1 2 Spiritus Dei ferebatur super aquas
1 *Reg* 16 15 Ecce — malus exagitat te [*Saul!*]
18 10 invasit — malus Saul .. prophetabat ..
2 *Par* 24 20 —..induit Zachariam .. et stetit ..
Job 27 3 donec superest.. et — in naribus meis
33 4 — fecit me, et spiraculum Omnipotentis
Dan 6 3 Daniel .. — amplior erat in illo
Rom 8 9 si tamen — habitat in vobis
1 *Cor* 2 11 quæ Dei sunt nemo cognovit nisi —
3 16 templum.. estis, et — habitat in vobis ?
1 *Joan* 4 2 In hoc cognoscitur — : omnis spiritus ..
Judic 3 10 fuitque in eo Spiritus Domini
6 34 —.. induit Gedeon, qui clangens..
11 29 Factus est ergo super Jephte —
13 25 Cœpitque — esse cum eo [*Samson*]
14 6 Irruit autem — in Samson [19; 15 14]
1 *Reg* 10 6 insiliet in te [*Saul!*] —, et prophetabis ..
10 insiluit super eum [*Saul*] — [11 6]
16 13 directus est — a die illa in David
14 — .. recessit a Saul, et exagitabat
16 quando arripuerit te — malus, psallat..
23 quandocumq — malus arripiebat Saul ..
19 9 factus est — malus in Saul
20 lictores.. factus est etiam — in illis
23 factus est etiam super eum [*Saul*] —
2 *Reg* 23 2 — locutus est per me, et sermo ..
3 *Reg* 18 12 — asportabit te in locum ..
22 24 Sedecias .. : Mene ergo dimisit — .. ?
4 *Reg* 2 16 ne forte tulerit eum [*Eliam*] —
2 *Par* 18 23 transivit — a me ut loqueretur tibi ?
20 14 Jahaziel .. super quem factus est —
Sap 1 7 — replevit orbem terrarum
Isai 11 2 requiescet super eum — : spiritus ..
40 7 cecidit flos, quia — sufflavit in eo
59 19 venerit quasi fluvius.. quem — cogit
61 1 — super me, eo qd unxerit.. me [*Luc* 4 18]
63 14 *eduxit eos..* — ductor ejus fuit
Ezec 11 5 Et irruit in me — .. Loquere
Mich 2 7 Numquid abbreviatus est — .. ?
Act 8 39 — rapuit Philippum .. non vidit eum ..
2 *Cor* 3 17 ubi autem —, ibi libertas
Ps 148 8 *Laudate..* glacies, spiritus procellarum
Ezec 37 9 veni, —, et insuffla super interfectos istos
Marc 5 8 Exi, — immunde, ab homine
9 24 Surde et mute — .. exi ab eo
Exod 6 9 non acquiever .. propt angustiā spiritus
2 *Reg* 22 16 revelata sunt fundamenta orbis .. ab inspiratione — furoris ejus [*Ps* 17 16]
Job 7 11 loquar in tribulatione — mei
Ps 54 9 salvum me fecit a pusillanimitate —
Prov 17 27 est : et pretiosi — vir eruditus
Eccle 1 14 ecce universa vanitas, et afflictio —
17 in his quoque esset labor, et afflictio —
2 17 esse.. cuncta vanitatem et afflictionem —
22 Quid..proderit.. de.. et afflictione — .. ?
4 16 Sed et hoc vanitas et afflictio —
6 9 et hoc vanitas et præsumptio —
11 5 Quomodo ignoras quæ sit via —
Sap 5 3 dicentes.. et præ angustia — gementes
Eccli 16 25 et dico in æquitate — virtutes
17 6 *Deus..* Creavit illis scientiam —
38 24 et consolare illum in exitu — sui
43 18 verberabit terram.. et congregatio —
Isai 11 15 levabit manum suā.. in fortitudine — sui
38 16 si.. in talibus vita — mei, corripies me
65 14 et præ contritione — ululabitis
Ezec 1 12 ubi erat impetus —, illuc gradiebantur
3 14 et abii amarus in indignatione — mei
Dan 14 35 angelus .. posuitque eum [*Habacuc*] in Babylone .. in impetu — sui
Mal 2 15 Nonne unus.. et residuum — ejus est ?

SPIRITUS—us

2 Mac 14 46 invocans [*Razias*] dominatorē vitæ ac —
Matt 12 31 — autem blasphemia non remittetur
Luc 4 14 regressus est Jesus in virtute — in Galil
9 55 increpavit illos .. Nescitis cujus — estis
Act 2 2 sonus, tanquā advenientis — vehementis
Rom 7 6 soluti sumus.. ita ut serviamus in novitate —, et non in vetustate litteræ
8 2 Lex enim — vitæ in Chr J liberavit me
5 Qui.. secdum spir..quæ sunt — sentiunt
6 prudentia autem —, vita et pax
23 sed et nos ipsi primitias — habentes
1 Cor 2 4 sed in ostensione — et virtutis
13 loquimur non in.. sed in doctrina —
12 7 datur manifestatio — ad utilitatem
2 Cor 1 22 dedit pignus — in cordibus nostris [5 5]
3 8 non magis ministratio — erit in gloria?
7 1 mundemus nos ab omni inquinamento carnis et —, perficientes sanctific
Galat 3 14 ut pollicitationē — accipiamus per fidem
5 13 sed per charitatem — servite invicem
22 Fructus.. — est: charitas, gaudium, pax
Eph 2 2 potestatis aeris hujus, — qui nunc operatur in filios diffidentiæ
4 3 solliciti servare unitatē — in vincul pacis
6 17 galeam salutis assumite, et gladium —
Phili 1 19 per.. subministrationem — Jesu Christi
2 1 si qua societas — .. *ut idem sapiatis* ..
2 The 2 13 elegerit vos .. in sanctificatione —
Hebr 4 12 sermo Dei.. usq ad divisionē animæ ac —
1 Pet 1 2 secdū præscientiā D..in sanctificationē —
3 4 in incorruptibilitate quieti.. modesti —
Apoc 18 2 Babylon..facta..custodia omnis — imūndi
1 Cor 2 14 Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt **spiritus Dei**
Mich 3 8 repletus sum fortitudine **spiritus Domini**
Eccli 25 1 In tribus placitum est **spiritui** meo
Marc 9 24 Jesus.. comminatus est — immundo
Luc 8 29 Præcipiebat.. — immundo ut exiret..
Act 6 10 non poterant resistere sapientiæ et —
16 18 Paulus ..conversus, — dixit: Præcipio ..
Rom 8 16 Ipse enim Spiritus testimonium reddit — nostro quod sumus filii Dei
2 Cor 2 13 non habui requiem — meo
Hebr 10 29 putatis deteriora mereri supplicia qui.. et — gratiæ contumeliam fecerit?
1 Joan 4 1 Charissimi, nolite omni — credere
Gen 8 1 Deus.. adduxit **spiritum** super terram, et imminutæ sunt aquæ
Num 11 29 quis tribuat ut.. det eis Dnus — suum?
Deut 2 30 induraverat Dnus D tuus — ejus [*Sehon*]
Judic 9 23 Misitque Dominus — pessimum..
15 19 aquæ. Quibus.. [*Samson*] refocillavit —
2 Reg 13 21 David.. noluit contristare — Amnon
3 Reg 10 5 *regina Saba* .. non habebat ultra —
19 11 non in spiritu Dnus, et post — commotio
22 23 dedit Dnus — mendacii in ore omnium prophetarum tuorum [2 *Par* 18 22]
4 Reg 19 7 imittā ei —, et audiet nuntiū [*Isai* 37 7]
1 Par 5 26 suscitavit D.. — Phul.. — Thelgathphaln
2 Par 21 16 Suscitavit.. Dnus ctra Jorā — Philisthin
36 22. 1 *Esd* 1 1 suscitavit Dominus — Cyri
1 Esd 1 5 surrexer..et omnis cuj Deus suscitavit —
2 Esd 9 20 — tuum bonum dedisti qui doceret eos
Tob 3 6 et præcipe in pace recipi — meum
Judit 16 17 misisti — tuum, et creata sunt
Esth 15 11 Convertitq Deus — regis in mansuetudinē
Job 6 4 sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit — meum, et terrores..
9 18 Non concedit requiescere — meum
10 12 et visitatio tua custodivit — meum
34 14 — illius [*Dei*] et flatum ad se trahet
Ps 30 6 *Luc* 23 46 In manus t commendo — meū
50 12 et — rectum innova in visceribus meis
13 et — sanctum tuum ne auferas a me
75 13 *Terribili* et ei qui aufert — principum
76 7 exercitabar, et scopebam — meum
103 29 auferes — eorū..deficient, et in pulverem
30 Emittes — tuum, et creabuntur
105 33 quia exacerbaverunt — ejus [*Moysi*]
118 131 Os meum aperui, et attraxi — [visti
141 4 In deficiendo ex me — m, et tu cogno-
Prov 1 23 en proferam vobis — meum.. ostendam..
15 4 Lingua..quæ.. imoderata est, conteret —
18 14 — vero ad irascendum facilem, quis poterit sustinere?
25 28 urbs patens.. ita vir qui non potest in loquendo cohibere — suum
29 11 Totum — suum profert stultus: sapiens..
30 4 quis continuit — in manibus suis?
Eccle 8 8 Non.. in hominis potestate prohibere —
Sap 11 21 poterant occidi..dispersi per — virtutis t
13 2 ignem.. — .. aerē..aquā..deos putaverunt
15 11 et qui insufflavit ei — vitalem
15 idola..quib.. neq nares ad percipiendū —
16 qui — mutuatus est.. finxit illos [*deos*]
Eccli 7 19 Humilia valde — tuum, quoniam vindicta
Isai 19 14 Dnus miscuit in medio ejus — vertiginis
26 18 quasi parturivimus, et peperimus —
29 10 miscuit vobis Dominus — soporis
30 1 Væ..ut..ordiremini..et non per — meum

SPIRITUS—um

Isai 42 1 dedi — meum sup eum, judiciū.. proferet
5 dans.. et — calcantibus eam [*terram*]
44 3 effundam — meum super semen tuum
57 15 ut vivificet — humilium..cor contritorum
63 10 Ipsi.. et afflixerunt — sancti ejus
11 qui posuit in medio ejus — sancti sui?
Jer 51 11 suscitavit Dominus — regum Medorum
Ezec 11 19 et — novum tribuam in visceribus eorū
13 3 Væ proph insipientibus qui sequuntur —
13 erumpere faciam — tempestatum
18 31 facite vobis cor novum et — novum
36 26 dabo vob cor novum, et — novum ponam..
27 Et — meum ponam in medio vestri
37 5 intromittam in vos —, et vivetis
6 dabo vobis —, et vivetis, et scietis..
8 cutis desuper, et — non habebant
9 Vaticinare ad — .. fili hominis, et dices ad — .. veni.. et insuffla super interfectos
14 dedero — meum in vobis, et vixeritis
39 29 quod effuderim — meum sup .. domū Isr
Dan 4 5 Daniel.. habet — deorum sanctorum
6 Baltassar..scio quod — sanctorum deorum habeas in te .. narra [5 14]
5 11 Est vir.. qui — deorum .. habet in se
Joel 2 28 effundam — meum super omnem carnem
29 super servos m et ancillas..effundam — m
Mich 2 11 Utinam non essem vir habens —
Agg 1 14 suscitavit Dnus — Zorobabel.. et — Jesu.. et — reliquorum de omni populo
Zach 6 8 requiescere fecerunt — m in terra aquilon
12 1 Dominus.. fingens — hominis in eo
10 effundam super domum David.. — gratiæ
13 2 pseudoprophetas, et — immundū auferam
Mal 2 15 Custodite ergo — vestrum [16]
2 Mac 7 22 neq enim ego — et animam donavi vobis
23 — vobis iterum cum misericordia reddet
Matt 12 18 puer meus.. Ponam — meum super eum
27 50 iterum clamans voce magna emisit —
Marc 1 10 vidit.. — tanquā columbam descendentē
3 30 Quoniam dicebant: — immundum habet
7 25 Mulier .. cuj filia habebat — immundum
9 16 filium meum ad te, habentem — mutum
Luc 9 42 increpavit Jesus — immundum..sanavit..
11 13 qto magis Pater.. dabit — bonū petentib
13 11 quæ habebat — infirmitatis annis 18
24 37 conterriti, existimabant se — videre
Joan 1 32 vidi — descendentem quasi columbam..
33 Sup quem videris — descendentē.. hic est
3 34 non enim ad mensuram dat Deus —
14 17 — veritatis.. mundus non potest accipere
15 26 — veritatis, qui a Patre procedit, ille..
19 30 Et inclinato capite tradidit —
Act 7 59 lapidabant Stephanum .. et dicentem: Domine Jesu, suscipe — meum
11 28 Agabus, significabat per — famem magnā
16 16 puellā..habentē — pythonem, obviare nob
21 4 Paulo dicebant per — ne ascenderet..
23 8 Sadducæi enim dicunt non esse resurrectionē, neque angelū, neq —: Pharisæi..
Rom 1 4 in virtute, secundum — sanctificationis
8 4 non secd carnē ambulamus, sed secdū —
5 quæ carnis sunt sapiunt; qui.. secundū — sunt, quæ sunt spiritus sentiunt
9 Si.. — Christi non habet, hic non est ejus
11 vivificabit..propter inhabitantem — ejus
15 Non enim accepistis — servitutis iterum in timore, sed.. — adoptionis filiorum
11 8 Dedit illis Deus — compunctionis
1 Cor 2 10 nobis autem revelavit Deus per — suum
12 Nos autē non — hujus mundi accepimus, sed — qui ex Deo est, ut sciamus..
12 8 Alii..per — datur sermo sapientiæ: alii.. sermo scientiæ secundum eumdem —
15 45 Factus..novissimus Adam in — vivificantē
16 18 refecerunt enim et meum — et vestrum
2 Cor 4 13 Habentes autem eumdem — fidei
11 4 aut aliū — accipitis, quem non accepistis
Galat 3 2 ex operibus legis — accepistis, an ex..?
5 Qui..tribuit vobis — .. operatur virtutes..
4 6 misit Deus — Filii sui in corda vestra
29 qui secundum carnem .. persequebatur eum qui secundum — ; ita et nunc
5 17 Caro enim concupiscit adversus — ..
Eph 1 17 det vobis — sapientiæ et revelationis
3 16 corroborari per — ejus in interiorem..
1 The 5 19 — nolite extinguere [sermonem
2 The 2 2 neque terreamini, neque per —, neque per
2 Tim 1 7 Non.. dedit nobis Deus — timoris, sed..
1 Joan 4 6 audit nos.. non audit nos; in hoc cognoscimus — veritatis, et — erroris
Judæ 19 Hi sunt.. animales, — non habentes
Apoc 13 15 datum est illi ut daret — imagini bestiæ
Matt 3 16 vidit **spiritum Dei** descendentem ..
1 Cor 7 40 puto autem quod et ego — habeam
Isai 40 13 Quis adjuvit **spiritum Domini**?
Act 5 9 Quid utique convenit vobis tentare — ?
Exod 15 8 in **spiritu** furoris t congregatæ s aquæ
28 3 sapientibus.. quos replevi — prudentiæ
Num 5 30 *mulier* .. *si polluta fuerit*, maritusque zelotypiæ — concitatus adduxerit..

SPIRITUS—u

Num 11 17 auferam de — t, tradamq eis [*70 viris*]
25 Dnus.. auferens de — qui erat in Moyse
14 24 Caleb, qui plenus alio — secutus est me
Deut 34 9 Josue vero .. repletus est — sapientiæ
3 Reg 19 11 non in — Dnus; et post spiritū, commotio
2 Esd 9 30 contestatus es eos [*Israel*] in — tuo ..
Judit 8 16 in — constituti humiliato .. *dicamus* ..
13 30 *Achior* .. resumpto — recreatus est
Esth 16 12 ut regno privare nos niteretur et —
Job 4 9 *vidi* .. et — iræ ejus esse consumptos
15 30 et auferetur [*impius*] — oris sui
Ps 31 2 Beatus .. nec est in — ejus dolus
32 6 cæli..et — oris ejus omnis virtus eorum
33 19 Dominus.. et humiles — salvabit
47 8 in — vehementi conteres naves Tharsis
50 14 et — principali confirma me
138 7 Quo ibo a — tuo.. quo a facie t fugiam?
Prov 29 23 Superbum sequitur humilitas: et humilem — suscipiet gloria
Sap 11 21 Sed et sine his uno — poterant occidi
Eccli 15 5 et adimplebit illum — sapientiæ
39 8 voluerit, — intelligentiæ replebit illum
48 27 — magno vidit ultima, et consolatus est..
Isai 4 4 Si.. Dominus.. et sanguinem Jerusalem laverit.. in — judicii, et — ardoris
11 4 et — labiorum suorum interficiet impium
26 9 sed et — meo.. de mane vigilabo ad te
27 8 meditatus est in — s duro per diem æstus
29 24 et scient errantes — intellectum
54 6 ut mulierem..mœrentē — vocavit te Dnus
57 15 habitans, et cum contrito et humili —
61 3 darem.. pallium laudis pro — mœroris
66 2 Ad quē..respiciā, nisi ad..contritum — ..
Ezec 1 20 eunte —, et rotæ pariter elevabantur
Dan 3 39 sed in .. et — humilitatis suscipiamur
Zach 4 6 Non in exercitu..sed in — m, dicit Dnus
7 12 et verba quæ misit Dnus .. in — suo ..
2 Mac 3 31 [*Heliodor*] in supremo — erat constitutu
7 9 et in ultimo — constitutus, sic ait: Tu..
Matt 4 1 Jesus ductus est in desertū a — [*Luc* 4 1
5 3 Beati pauperes — ..ipsorū est regnum cæ
22 43 Qmodo.. David in — vocat eum Dnum..
Marc 1 23 erat in synagoga.. homo in — immund
2 8 Quo.. cognito Jesus — suo.. dicit illis
5 2 statim occurrit.. homo in — immundo
8 12 ingemiscens — .. Quid.. signum quærit
Luc 1 17 præcedet ante illum in — et virtute Elis
80 Puer .. crescebat, et confortabatur —
2 27 *Simeon* .. venit in — in templum
Joan 3 6 et quod natum est ex —, spiritus est
8 sic est omnis qui natus est ex —
4 23 adorabunt Patrem in — et veritate
24 in — et veritate oportet adorare
7 39 dixit de — quē accepturi erant credente
11 33 Jesus..ut vidit eam plorantē..infremuit
13 21 turbatus est — .. unus ex vobis tradet m
Act 2 17 effundam de — meo sup omnem carne
18 effundam de — meo, et prophetabunt
18 25 *Apollo*.. fervens — .. docebat diligenter
19 21 proposuit Paulus in — .. ire Jerosolyma
20 22 alligatus ego —, vado in Jerusalem ..
Rom 1 9 Deus, cui servio in — meo in Evangelio
2 29 circumcisio cordis in —, non littera
8 9 Vos autem in carne non estis, sed in —
13 si.. — facta carnis mortificaveritis, vivet
12 11 — ferventes, Domino servientes
1 Cor 4 21 in virga veniam ad vos, an in charita et — mansuetudinis?
5 3 absens corpore, præsens.. — .. judicavi
4 congregatis vobis et meo —, cum virtu
7 34 cogitat .. ut sit sancta corpore et —
12 9 alteri fides in eodem — : alii gratia s nitatum in uno —
13 in uno — omnes nos.. baptizati sumus et omnes in uno — potati sumus
14 2 — autem loquitur mysteria
15 Orabo —, orabo et mente: psallam — psallam et mente
16 si benedixeris —, qui supplet locu idiotæ, quomodo dicet, Amen ..?
2 Cor 3 6 non littera, sed —: littera enim occidit
12 18 nonne eodem — ambulavimus?
Galat 3 3 Sic stulti estis, ut cum — cœperiti nunc carne consummemini?
5 5 — ex fide, spem justitiæ expectamus [1
16 — ambulate..desideria carnis non perfici
18 si — ducimini, non estis sub lege
25 Si — vivimus, — et ambulemus
6 1 instruite in — lenitatis, considerans te
8 qui.. seminat in —, de — metet vitam æ
18 *Phili* 4 23 *Phile* 25 Gratia Domini no tri Jesu Christi cum — vestro
Eph 2 18 habemus accessum..in uno — ad Patre
22 coædificamini in habitaculum Dei in —
3 5 nunc revelatum est.. apostolis ejus..in
4 23 Renovamini autem — mentis vestræ
6 18 orantes omni tempore in —
Phili 1 27 quia statis in uno — unanimes..
3 3 sumus circumcisio, qui — servimus D
Col 1 8 manifestavit nobis dilectionē vestrā in

SPIRITUS—u

Col 2 5 corpore absens .. sed = vobiscum sum
The 2 8 iniquus, quē.. Jesus interficiet = oris sui
Tim 3 16 magnū est pietatis sacramentum.. justificatum est in =, apparuit angelis ..
Tim 4 22 Dominus Jesus Christus cum = tuo
Jac 2 26 corpus sine = mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est
Pet 3 18 mortificatus..carne, vivificatus autem =
4 6 ut.. vivant autem secundum Deum in =
Joan 3 24 manet in nobis de = quem dedit nobis
4 13 cognoscimus..quoniam de = suo dedit..
Apoc 1 10 fui in = in dominica die, et audivi ..
4 2 Et statim fui in = : et ecce sedes..
17 3 abstulit me in = in desertum
21 10 sustulit me in = in montem .. ostendit..
Gen 41 38 Num invenire poterimus talem virum, qui **spiritu Dei** plenus sit ?
Exod 31 3 *Beseleel*.. implevi eum =, sapientia ..
35 31 *Beseleel*..Implevitque eum =,sapientia..
Num 24 2 vidit Isr.. et irruente in se =,*assumpta parabola,ait*:.. *Quam pulchra tabern*
2Par 15 1 Azarias.. facto in se =, *egressus est*
Ezec 11 24 levavit me, adduxit.. ad transmigr in =
Matt 12 28 Si autem ego in = ejicio dæmones, igitur pervenit in vos regnum Dei
Rom 8 14 Quicumque = aguntur, ii sunt filii Dei
1 Cor 6 11 sanctificati estis,sed justificati estis..in =
12 3 nemo in = loquens, dicit anathema Jesu
2 Cor 3 3 scripta non atramento, sed = vivi
Ezec 37 1 et eduxit me in **spiritu Domini**
2 Cor 3 18 transformamur a claritate in claritatem, tanquam a **Domini spiritu**
Eccli 39 33 Sunt **spiritus**, qui ad vindictam creati s
Marc 3 11 = immundi, cum illū videbant, procideb
5 12 deprecabantur.. =.. Mitte nos in porcos
13 exeuntes = immundi introierunt in porcos
Luc 10 20 nolite gaudere quia = vobis subjiciuntur
Act 19 12 et = nequam egrediebantur
1 Cor 14 32 = prophetarum prophetis subjecti sunt
Hebr 1 14 Nonne omnes sunt administratorii = ..?
Apoc 16 14 Sunt .. = dæmoniorum facientes signa
4 5, 5 6 **spiritus Dei** [68 F]
Dan 3 65 Benedicite, omnes **spiritus** Dei, Dno
86 Benedicite, = et animæ justorum, Dno
Num 16 22 Deus **spirituum** .. num uno peccante.. ?
27 16 Provideat Dnus Deus =.. hominem,qui..
Prov 16 2 = ponderator est Dominus
Matt 10 1 convocatis 12 discipulis suis, dedit illis potestatem = immundorū [*Marc* 6 7]
1 Cor 12 10 alii prophetia,alii discretio =,alii genera
14 12 quoniam æmulatores estis =.. quærite..
Hebr 12 9 Non.. magis obtemperabimus Patri =..?
Apoc 22 6 Dnus D = prophetarū misit angelum s..
Marc 1 27 etiam **spiritibus** immundis imperat, et obediunt ei [*Luc* 4 36]
1 Tim 4 1 attendentes = erroris et doctrinis dæmon
1 Pet 3 19 his qui in carcere erant, =.. prædicavit
Ps 103 4 Qui facis angelos tuos **spiritus**
Sap 7 23 omnem habens virtutem, omnia prospiciens, et qui capiat omnes =
Matt 8 16 ejiciebat [*Jesus*] = verbo .. curavit
Luc 11 26 assumit 7 alios = secum nequiores se
Act 8 7 Multi..qui habebant = imūndos..exibant
19 13 invocare super eos qui habebant = malos
Hebr 1 7 Qui facit angelos suos =,et ministros suos
12 23 *accessistis ad* .. = justorum perfectorum
1 Joan 4 1 sed probate = si ex Deo sint
Apoc 16 13 vidi .. = 3 imūndos, in modum ranarum
3 1 Hæc dicit qui habet 7 **spiritus Dei** et 7 stellas : Scio opera tua ..
Luc 6 18 Et qui vexabantur a **spiritibus** immundis, curabantur
7 21 multos curavit a languoribus,et..= malis
8 2 mulieres.. erant curatæ a = malignis
Act 5 16 afferentes ægros et vexatos a = immundis
Apoc 1 4 et a 7 = qui in conspectu throni ej sunt

SPIRITUS SANCTUS

Sap 1 5 = .. disciplinæ effugiet fictum
Marc 13 11 Non enim vos estis loquentes, sed =
Luc 1 35 = superveniet in te, et virtus ..
2 25 Simeon.. justus.. et = erat in eo
3 22 et descendit = corporali specie
12 12 = .. docebit vos in ipsa hora
Joan 14 26 Paraclitus autem = .. vos docebit omnia
Act 1 16 Scripturā, quam prædixit = per os Dav
2 4 cœper loqui.. prout = dabat eloqui illis
5 32 = quem dedit Deus .. obedientibus sibi
8 18 vidisset..Simon quia..daretur =, obtulit
10 44 cecidit = super omnes qui audiebant ..
11 15 cœpissem loqui, cecidit = super eos
13 2 dixit illis = : Segregate mihi .. [66 Ca]
19 2 Sed neque si = est audivimus
6 venit = super eos, et loquebantur ..
20 23 = per omnes civitates mihi protestatur ..
28 in quo vos = posuit episcopos regere ..
21 11 dicit = : Virū..alligabunt in Jerusalem..
28 25 bene = locutus est per Isaiam
Hebr 3 7 dicit = : Hodie si vocem ejus audieritis

SPIRITUS SANCTUS

Hebr 10 15 Contestatur autem nos et =
1 Joan 5 7 Pater, Verbum et = : et hi 3 unum sunt
Matt 28 19 in nomine Patris .. et **Spiritus sancti**
Act 1 8 accipietis virtutem supervenientis = in
2 33 promissione = accepta a Patre [vos
38 baptizetur.. et accipietis donum =
10 45 in nationes gratia = effusa est
Rom 15 13 ut abundetis in spe et virtute =
19 in virtute = : ita, ut .. repleverim Evang
1 Cor 6 19 nescitis .. membra v templa sunt = .. ?
1 The 1 6 in tribulatione multa cum gaudio =
Tit 3 5 per lavacrū regeneration et renovationis =
Hebr 2 4 contestante Deo .. et = distributionibus
6 4 gustaverunt.. et participes facti sunt =
Act 9 31 consolatione **sancti Spiritus** replebatur
Rom 15 30 Obsecro .. et per charitatem =
2 Cor 13 13 communicatio = sit cum omnibus vobis
Act 5 3 tentavit .. mentiri te **Spiritui sancto**..?
7 51 semper = resistitis, sicut patres vestri ..
15 28 Visum est.. = et nobis nihil .. oneris ..
Sap 9 17 Sensum..tuum quis sciet,nisi tu..miseris **Spiritum sanctum** t de altissimis.. ?
Dan 13 45 suscitavit Dominus = pueri junioris
Matt 12 32 qui..dixerit contra =,non remittetur ei..
Marc 3 29 qui autem blasphemaverit in =, non habebit remissionem in æternum
Luc 12 10 qui in = blasphemaverit, non remittetur
Joan 20 22 insufflavit; et dixit eis : Accipite = ..
Act 1 2 præcipiens Apostolis per =, quos elegit
8 15 oraverunt pro ipsis ut acciperent =
17 imponebant manus.. et accipiebant =
19 *Simon* .. dicens : Date et mihi hanc potestatem, ut cuicumque.. accipiat =
10 47 prohibere potest ut non baptizentur hi qui = acceperunt sicut et nos ?
15 8 Deus .. dans illis = sicut et nobis
19 2 ad eos : Si = accepistis credentes ?
Rom 5 5 charitas Dei diffusa est .per = qui datus
Eph 4 30 Et nolite contristare = Dei [est nobis
1 The 4 8 Deum : qui etiam dedit = .. in nobis
2 Tim 1 14 Bonum depositum custodi per =
Hebr 9 14 qui per = semetipsum obtulit immacul
Eccli 1 9 Ipse creavit illam in **Spiritu sancto**
Matt 1 18 Maria .. inventa est in utero habens de =
20 quod enim in ea natum est, de = est
3 11 venturus est .. ipse vos baptizabit in = et igni [*Marc* 1 8 *Luc* 3 16]
Marc 12 36 Ipse .. David dicit in = : Dixit Dnus..
Luc 1 15 et = replebitur adhuc ex utero matris s
41 ut audivit .. repleta est = Elisabeth
67 Zacharias.. repletus est = : et pphetavit
2 26 *Simeon* .. responsum acceperat a =, non visurum se mortem, nisi prius..
4 1 Jesus.. plenus = regressus est a Jordane
10 21 exultavit =,et dixit : Confiteor tibi,pater
Joan 1 33 Super quem videris Spiritum descendentem .. hic .. baptizat in =
3 5 nisi quis renatus fuerit ex aqua et = ..
Act 1 5,11 16 vos autem baptizabimini = ..
2 4,4 31 et repleti sunt omnes =
4 8 Tunc repletus = Petrus dixit .. audite
25 = per os..Dav..dixisti : Quare fremuer..?
6 3 viros ex vobis..7, plenos = et sapientia
5 Stephanum, virum plenum fide et =
7 55 Cum..[*Stephanus*] esset plenus =..vidit..
9 17 Saule.. ut videas et implearis =
10 38 Jesum .. quomodo unxit eum Deus =
11 24 [*Barnabas*] bonus, et plenus = et fide
13 4 missi a = abierunt Seleuciam
9 Paulus, repletus = .. *dixit* .. *fili diaboli*..
52 Discipuli quoque replebantur gaudio et =
16 6 vetati sunt a = loqui.. in Asia [66 Fb]
Rom 9 1 non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in =
14 17 Non est enim regnum Dei esca et potus ; sed justitia, et pax, et gaudium in =
15 16 fiat oblatio Gentium accepta et.. in =
1 Cor 12 3 nemo potest dicere, Dnus Jesus, nisi in =
2 Cor 6 6 *in omnibus*..in =,in charitate non ficta
Eph 1 13 in quo et credentes signati estis = ..
5 18 nolite inebriari vino .. sed implemini =
1 The 1 5 Evangeliū nostrū non fuit .. in sermone tantum,sed et in virtute,et in =, et ..
Hebr 9 8 significante = nondum propalatam esse
1 Pet 1 12 evangelizaverunt vobis, = misso de cælo
2 Pet 1 21 = inspirati locuti s sancti Dei homines
Judæ 20 superædificantes vosmetips..in = orantes

SPIRO spirat

Bar 6 60 et spiritus in omni regione =
Joan 3 8 Spiritus ubi vult = : et vocem ejus audis
Eccle 3 19 **spirant** omnia .. subjacent vanitati
2 Mac 14 45 cum adhuc **spiraret** [*Razias*], accensus
Jos 10 40 quod **spirare** poterat interfecit [40 D]
2 Mac 9 7 ignem **spirans** [*Antiochus*] animo ..
Act 9 1 Saulus.. = minarum et cædis.. accessit..
2 Mac 7 5 jussit.. **spirantem** torreri in sartagine
Sap 11 19 *Non..impossibilis..manus t..immittere*.. bestias.. vaporem ignium **spirantes**

SPISSUS spissos

Sap 17 17 aut inter = arborum ramos avium sonus ..*deficientes faciebant illos præ timore*

SPLENDEO splendet

Judic 5 31 Sic pereant .. qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo =, ita rutilent
Job 25 5 luna etiam non =.. in conspectu ejus
29 3 Quando **splendebat** lucerna ejus [*Dei*] super caput meum .. ?
Ezec 43 2 gloria Dei.. et terra = a majestate ejus
Job 18 5 Nonne lux impii extinguetur, nec **splendebit** flamma ignis ejus ?
22 28 veniet tibi, et in viis tuis = lumen
Isai 13 10 obtenebratus est sol .. et luna non = ..
Prov 23 31 Ne intuearis vinum quando flavescit, cum **splenduerit** in vitro color ejus
Ezec 21 10 *gladius*.. Ut cædat victimas, exacutus est : ut **splendeat**, limatus est
Prov 4 18 Justorum.. semita, quasi lux **splendens**
Eccli 26 22 Lucerna = super candelabrum sanctum,et species faciei super ætatem stabilem
Ezec 1 27 vidi quasi speciem ignis **splendentis**
Apoc 19 8 ut cooperiat se byssino **splendenti** ..
Marc 9 2 vestimenta ejus facta sunt **splendentia**

SPLENDESCO splendescere

2 Cor 4 6 Deus, qui dixit de tenebris lucem = ..

SPLENDIDE

Luc 16 19 erat dives .. et epulabatur quotidie =

SPLENDIDUS splendida

Apoc 22 16 Ego sum radix.. stella = et matutina
Eccli 30 27 **Splendidum** cor, et bonum in epulis ..
Tob 5 5 Tobias invenit juvenem **splendidum**
Eccli 31 28 = in panibus benedicent labia multorum
Apoc 22 1 ostendit mihi fluviū aquæ vitæ, =..[68 C]
Tob 13 13 Luce **splendida** fulgebis [*Jerusalem!*]
Eccli 29 29 Melior est victus pauperis.. quam epulæ **splendidæ** in peregre sine domicilio
Bar 6 59 Sol.. ac sidera, cum sint **splendida** et emissa ad utilitates, obaudiunt

SPLENDOR

Job 41 9 Sternutatio ejus [*leviathan*] = ignis
Ps 89 17 Et sit = Domini Dei nostri super nos
Isai 13 10 stellæ..et = earum non expandent lumen
60 19 nec = lunæ illuminabit te : sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam
62 1 donec egrediatur ut = justus ejus
Ezec 1 4 ecce.. nubes.. et = in circuitu ejus
13 Hæc erat visio discurrens.. = ignis..
Dan 12 3 Qui .. docti fuerint, fulgebunt quasi = firmamenti..quasi stellæ in..æternitat
Amos 5 20 Numquid non tenebræ dies Dni, et non lux : et caligo, et non = in ea ?
Hab 3 4 = ej ut lux erit : cornua in manibus ejus
Hebr 1 3 qui [*Filius*] cum sit = gloriæ.. sedet..
Ezec 1 28 velut aspectum arcus .. in die pluviæ : hic erat aspectus **splendoris**..
8 2 a lumbis ejus et sursū, quasi aspectus =
Judit 10 4 Cui etiam Dominus contulit **splendorem**
Isai 4 5 creabit Dominus.. et = ignis.. in nocte
59 9 expectavimus lucem, et ecce tenebræ : =, et in tenebris ambulavimus
Bar 4 2 Convertere, Jacob.. ambula.. ad = ejus
5 3 Deus enim ostendet = suum in te
Joel 2 10, 3 15 et stellæ retraxerunt = suum
2 Mac 5 3 *Contigit*.. *videri*.. aureorum armorum =
Marc 13 24 et luna non dabit = suum
Act 26 13 supra = solis circumfulsisse me lumen..
Eccli 43 12 Vide arcum .. valde speciosus est in **splendore** suo
Isai 60 3 ambulabunt.. reges in = ortus tui
Bar 4 24 vobis cum honore magno et = æterno
Ezec 10 4 atrium repletum est = gloriæ Domini
Hab 3 11 Sol et..ibunt in = fulgurantis hastæ tuæ
Ps 109 3 Tecum principium in die virtutis tuæ in **splendoribus** sanctorum
Isai 58 11 requiē.. dabit Dnus.. implebit = animā t

SPOLIO spoliasti

Job 22 6 Abstulisti.. pignus.. nudos = vestibus
Hab 2 8 Quia .. = gentes multas, spoliabunt te
Job 19 9 **Spoliavit** me [*Deus*] gloria mea
Joel 1 7 vineam .. nudans = eam, et projecit
Exod 12 36 *filii Israel*.. **spoliaverunt** Ægyptios
1 Reg 31 9 præciderunt caput Saul,et = eum armis
Job 24 9 deprædantes pupillos,et vulgū pauperē =
Isai 3 12 Populum meum exactores sui =
Zach 2 8 misit me ad gentes quæ = vos
Exod 32 25 **spoliaverat** .. eum [*populum*] Aaron
3 22 vasa.. **spoliabitis** Ægyptum
Hab 2 8 **spoliabunt** te omnes qui reliqui ..
1 Mac 3 20 ut disperdant .. et ut **spolient** nos
Judic 14 15 vocastis nos .. ut **spoliaretis** ?
1 Reg 31 8 venerunt Philisthiim, ut **spoliarent** interfectos, et invenerunt Saul ..
Num 20 28 Cumq Aaron **spoliasset** vestibus suis ..

1 *Par* 10 9 Cumq **spoliassent** eum [*Saul*], et amputassent caput, armisque nudassent
Ose 7 1 et fur ingressus est **spolians**
Gen 30 37 virgas.. in his quæ **spoliata fuerant**, candor apparuit; illa vero quæ integra
Levit 6 11 *sacerdos* .. **spoliabitur** prioribus vestim
1 *Mac* 10 62 jussit **spoliari** Jonathan vestibus s..
Mich 1 8 ululabo: vadam **spoliatus** et nudus ..
2 *Par* 28 21 Achaz, **spoliata** domo Domini .. dedit regi Assyriorum munera

SPOLIUM

Jer 21 9 qui .. transfugerit ad Chaldæos.. vivet, et erit ei anima sua quasi —
Judit 15 13 Per dies autem 30 vix collecta sunt **spolia** Assyriorum a populo Israel
Isai 8 4 auferetur fortitudo .. et — Samariæ
33 4 Et cgregabuntur — vestra sicut..bruchus
23 Tunc dividentur — prædarum multarum
Zach 14 1 et dividentur — in medio tui
Gen 49 27 Benjamin, lupus rapax, mane comedet prædam, et vespere dividet **spolia**
Exod 15 9 dividam —, implebitur anima mea
Deut 3 7 jumenta autem et — urbium diripuimus
Jos 7 21 Vidi..inter — palliū coccineum .. bonum
Judic 5 30 Forsitan nunc [*Sisara*] dividit — ..
2 *Reg* 2 21 ei [*Asael*] Abner .. apprehende unum de adolescentibus, et tolle tibi — ejus
23 10 populus..reversus est ad..— detrahenda
1 *Par* 10 8 detrahentes Philisthiim—cæsorū,invener
2 *Par* 14 13 Tulerunt ergo [*filii Israel*] — multa
20 25 Venit.. Josaphat.. ad detrahenda — mortuorum .. non possent, nec per 3 dies — auferre præ prædæ magnitudine
Esth 8 11 imperavit rex, ut .. et — .. diriperent
Ps 67 13 Rex virtutum dilecti dilecti : et speciei domus dividere —
118 162 Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui invenit — multa
Prov 16 19 Melius est humiliari cum mitibus, quam dividere — cum superbis
Sap 10 19 Ideo justi tulerunt — impiorum
Isai 8 1 Velociter — detrahe, cito prædare
3 Voca nomen ejus, Accelera — detrahere
9 3 sicut exultant victores .. qdo dividunt —
10 6 mandabo illi [*Assur*], ut auferat —
53 12 Ideo.. et fortium dividet —, pro eo quod tradidit in mortem animam suam
Ezec 29 19 Nabuch.. in terra Æg.. diripiet — ejus
38 12 ut diripias —, et invadas prædam
13 Numquid ad sumenda — tu venis ?
1 *Mac* 1 3 *Alexander*..accepit — multitudinis gentiū
20 [*Antiochus*] accepit — terræ Ægypti
33 Et accepit — civitatis : et succendit eam
36 et congregaverunt — Jerusalem
2 10 Quæ gens.. non obtinuit — ej [*Jerus*] ?
3 12 accepit — eorū.. gladiū.. abstulit Judas
4 17 ad populum : Non concupiscatis —
18 expugnate eos,et sumetis postea — securi
23 Judas reversus est ad — castrorum
5 13 captivas duxerunt uxores eorum, et .. —
22 cecider de gentibus fere 3000..accepit —
28 Judas .. occidit .. accepit omnia — eorum
35 Judas in Maspha .. sumpsit — ejus
51 eradicavit eā [*civitatem*],et accepit — ejus
68 Judas in Azotum .. cepit — civitatum
6 12 [*Antiochus*:] abstuli omnia — aurea
7 47 acceperunt — eorum in prædam [9 40]
10 84 succendit Jonathas Azotū..accepit — eorū
87 reversus est Jonathas in Jerusalem cum suis, habentibus — multa
11 48 occiderunt.. ceperunt — multa in die illa
51 Judæi..regressi sunt..habentes — multa
12 31 Jonathas ad Arabas .. accepit — eorum
2 *Mac* 8 27 et — congregantes, sabbatum agebant
28 et orphanis, et viduis diviserunt —
31 residua vero — Jerosolymam detulerunt
Luc 11 22 fortior..arma ej auferet.. — ej distribuet
Deut 2 35 Absque .. **spoliis** urbium .. [39 F]
20 14 et comedes de — hostium tuorum
1 *Reg* 30 16 festum celebrantes diem, pro .. et — ..
19 Nec defuit quidquam.. de filiis.. et de —
2 *Par* 28 15 omnesq qui nudi erant, vestierunt de —
Prov 1 13 reperiemus,implebimus domos nostras —
31 11 et — non indigebit [*vir mulieris fortis*]
1 *Mac* 6 6 invaluerunt armis .. viribus, et — multis

SPONDEO spopondi

Gen 26 3 complens juramentum quod — Abraham..
44 32 et — dicens : Nisi reduxero eum ..
Prov 27 13 Tolle vestimentum ejus qui **spopondit** pro extraneo .. aufer ei pignus
Luc 22 6 *pacti sunt pecuniam illi dare.* Et —. Et quærebat.. ut traderet illum
Sap 18 13 **spoponderunt** populum Dei esse
Prov 6 1 Fili mi, si **spoponderis** pro amico tuo.. *illaqueatus es verbis oris tui*
Eccli 8 16 quod si —, quasi restituens cogita
Levit 27 2 et **spoponderit** Deo animam s.. [31 O]
Prov 17 18 Stultus..plaudet.. cum — pro amico suo

Judic 15 12 Samson: Jurate, ait, et **spondete** mihi quod non occidatis me
1 *Mac* 10 56 occurre mihi .. ut .. **spondeam** tibi ..
Eccli 8 16 Non **spondeas** super virtutem tuam
2 *Esd* 10 29 **spondentes** pro fratribus suis .. ut ambularent in lege Dei

SPONGIA spongiam

Matt 27 48 — implevit aceto.. dabat [*Marc* 15 36]
Joan 19 29 — plenam aceto .. obtulerunt ori ejus

SPONSA

Cant 4 12 Hortus conclusus soror mea — .. fons ..
Isai 49 18 et circumdabis tibi eos quasi — [suæ ?
Jer 2 32 Numqd obliviscetur .. — fasciæ pectoralis
Joel 2 16 egrediatur sponsus .. et — de thalamo suo
Apoc 22 17 Et spiritus et — dicunt : Veni
Cant 4 8 **sponsa** m, veni de Libano.. coronaberis
9 Vulnerasti cor meum, soror mea —
10 Quam pulchræ .. mammæ t, soror m —
11 Favus distillans labia t, —, mel et lac..
5 1 Veni in hortum meum, soror mea —
Jer 7 34 quiescere faciam .. vocem **sponsæ**
16 9 auferā..vocē gaudii et vocē lætitiæ, vocē sponsi et vocem — [25 10 *Bar* 2 23]
33 11 *audietur*.. vox gaudii .. et vox —
Apoc 18 23 et vox.. — non audietur adhuc in te
Matt 25 1 decem virginibus: quæ.. exierunt obviam sponso et **sponsæ**
Sap 8 2 quæsivi **sponsam** mihi eam [*sapientiam*]
Isai 61 10 circumdedit me..quasi — ornatā monilib
62 5 Et gaudebit sponsus super — [s
1 *Mac* 9 37 quia filii Jambri.. ducunt — ex Madaba
Joan 3 29 Qui habet —, sponsus est
Apoc 21 2, 9 — [68 A]
Ose 4 13 **sponsæ** vestræ adulteræ erunt
14 Non visitabo .. super **sponsas** vestras, cum adulteraverint

SPONSALIA sponsalia

1 *Reg* 18 25 Non habet rex — necesse, nisi tantum ..

SPONSIO sponsioni

Num 30 6 nec obnoxia tenebitur —, eo quod contradixerit pater
12 si.. vir .. nec contradixerit —, reddet ..
Exod 8 12 clamavit Moyses ad Dominum pro **sponsione** ranarum ..
Sap 1 16 *mortem*.. **sponsiones** posuerunt ad illam

SPONSO sponsabant

1 *Mac* 3 56 dixit his qui .. et — uxores .. ut redirent
Ose 2 19 **sponsabo** te mihi in sempiternum : et — te mihi in justitia, et judicio ..
20 Et — te mihi in fide : et scies..

SPONSOR

Hebr 7 22 melioris testamenti — factus est Jesus
2 *Mac* 10 28 victoriæ et prosperitatis **sponsorem** cum virtute Dominum habentes

SPONSUS

Exod 4 25 Sephora.. ait : — sanguinum tu mihi es
26 dixerat : — sanguinū, ob circumcisionē
Ps 18 6 tanquam — procedens de thalamo suo
Isai 62 5 gaudebit — super sponsam,et gaudebit ..
Joel 2 16 egrediatur — de cubili suo, et sponsa ..
1 *Mac* 9 39 — processit, et amici .. et fratres ejus..
Matt 9 15 Numquid possunt filii sponsi lugere quamdiu cum illis est — ? Venient .. dies cum auferetur ab eis — : et tunc jejunab [*Marc* 2 19-20 *Luc* 5 34-35]
25 6 clamor .. Ecce — venit, exite obviam ei
10 Dum autē [*fatuæ*] irent emere, venit —
Luc 5 34 Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est —, facere jejunare ?
Joan 3 29 Qui habet sponsam, — est
Jer 7 34 quiescere faciam .. vocem gaudii .. vocem lætitiæ, vocem **sponsi**, et.. sponsæ
16 9 auferā..vocē gaudii..vocē lætitiæ,vocē—, et vocem sponsæ [25 10 *Bar* 2 23]
33 11 *audietur*.. vox gaudii .. vox —, et vox..
Matt 9 15 Numquid possunt filii — lugere, quamdiu cum illis est sponsus ?
Luc 5 34 Numquid potestis filios —, dum cum illis est sponsus, facere jejunare ?
Joan 3 29 amicus autē —.. gaudet propter vocem —
Apoc 18 23 et vox — .. non audietur adhuc in te
Matt 25 1 simile erit.. decem virginibus : quæ.. exierunt obviam **sponso** et sponsæ
Deut 22 28 virginem quæ non habet **sponsum**, et .. concubuerit .. *habebit eam* ..
Isai 61 10 induit me.. quasi — decoratum corona
Marc 2 19 habent secum —, non possunt jejunare
Joan 2 9 vocat — architriclinus.. *Omnis homo*..
Matt 25 5 Moram autem faciente **sponso**, dormitaverunt omnes, et dormierunt

SPONTANEUS spontaneam [27 L] spontaneum [65 X] spontaneas

Num 29 39 offeretis .. præter vota et oblationes — ..

Ose 14 5 Sanabo contritiones .. diligam eos —
1 *Pet* 5 2 pascite .. gregem Dei.. non coacte, sed —

SPONTE [24 F, I; 27 U, V; 29 M; 59 E]

Exod 35 26 — propria cuncta tribuentes
36 2 — sua obtulerant se ad faciendum opus
Levit 7 16 voto vel —.. obtulerit hostiam..eadem die
22 18 vel vota solvens, vel — offerens ..
23 38 offeretis ex voto, vel quæ — tribuetis Dno
Num 15 25 dimittetur eis,quoniā non — peccaverunt
Deut 12 17 Non poteris comedere ..omnia quæ voveris, et — offerre volueris, et primitias
Judic 5 2 qui — obtulistis animas vestras ad pericul
4 *Reg* 12 4 pecuniā.. quā — .. inferunt in templum
19 29 Ezechia, hoc erit signum : Comede.. quæ — nascuntur [*Isai* 37 30]
1 *Par* 29 5 si quis — offert, impleat manum suam..
9 Lætatus.. pop,cum vota — promitterent
2 *Par* 31 14 Core..præpositus..iis quæ — offerebantur
1 *Esd* 1 6 exceptis his quæ — obtulerant
2 68 — obtuler in domum Dei ad extruendam
7 15 aurum,quod..consiliatores..— obtulerunt
16 quæ — obtulerint domui Dei sui.. *accipe*
8 28 aurum, quod — oblatum est Dno Deo ..
Judit 7 15 ut — tradamus nos .. populo Holofernis
12 10 Holofernes .. ad Vagao .. suade Hebræam illam ut — consentiat habitare mecum

SPORTA sporta [66 A] sportas

Matt 15 37 quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem — plenas [*Marc* 8 8]
16 10 et quot — sumpsistis ? [*Marc* 8 20]

SPORTULA sportulam

1 *Reg* 9 7 — non habemus, ut demus homini Dei

SPUMA

Sap 5 15 spes impii,tanquā..— gracilis..a procell
Ose 10 7 Transire fecit Samaria regem suum quasi **spumam** super faciem aquæ
Luc 9 39 spiritus .. elidit .. eum cum **spuma**

SPUMO spumat

Marc 9 17 ubicumque eum apprehenderit, allidit illum, et —, et stridet dentibus
19 elisus in terram, volutabatur **spumans**

SPUO spuet

Deut 25 9 mulier.. — que in faciem illius, et dicet : Sic fiet homini qui non ædificat..
Num 12 14 Si pater ejus [*Mariæ*] **spuisset** in faciem .. debuerat .. 7 diebus rubore .. ?

SPURCITIA [31 N] spurcitiam

Deut 7 26 Nec inferes..ex idolo..quasi — detestaberis
Matt 23 27 sepulchris dealbatis .. speciosa .. plena sunt ossibus.. et omni **spurcitia**

SPURIUS

1 *Reg* 17 4 egressus est vir — de castris .. Goliath
23 apparuit vir ille — ascendens, Goliath ..
Sap 4 3 **spuria** vitulamina non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum ..

SPUTUM sputo

Joan 9 6 expuit in terram, et fecit lutum ex —

SQUALEO *vel* SQUALLEO squallentes

Job 30 3 rodebant in solitudine, — calamitate ..
Jer 41 5 venerunt .. de Sichem .. 80 viri .. —

SQUALIDUS squalidæ

Thre 1 4 virgines ejus —, et ipsa oppressa ..

SQUALOR squalore

Gen 41 21 7 *boves*.. simili macie et — torpebant

SQUAMA squamæ

